





11.

L
42
18

1687/14^a

DISSERTATIO
DE
CONCORDIA
DISCORDANTIS
GERMANIAE,

Quam

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO

U. J. D. & Prof. Ord.

publice ventilationi exponere

AUTOR

JOHANN FRIDERIC. à Beilwitz

Eques Thuring.

Ad d. Januar.

JENÆ, TYPIS GOLZNERIANIS A. 1681.

2 21



ILLUSTRISSIMO COMITI AC
DOMINO

DN. ALBERTO
ANTONIO

è S. R. J. IV. Viris Comiti in Schwvartzburg &
Hohnstein, Dynastæ Arnstadii, Sonders-
hufa, Leutenbergæ, Lohræ & Clettenbergæ &c.

DOMINO SMO CLEMENTISSIMO

Dissertationem hanc academicam ceu levidensem
strenam cum piissimo omnigenæ bene-
dictionis voto

*paratissimo subjectissimi animi obsequio
offert*

JOHANNES FRIDERICUS à Beilwitz.



GENEROSO JUVENI
Dn. JOHANNI FRIDER,

A Beilwitz

ERUDITE DISPUTATURO

S. D.

PETRUS Müller D.

Neminem altero nobiliorem, nisi cui rectius
ingenium & artibus bonis aptius cum Sa-
piente arbitror. Sunt, qui nobilitatem a co-
pia nummorum & divitiarum; Sunt, qui
eam ex nascendi fortuna aestumant; Sunt, qui malis
nequitiarum artibus inclarescunt. Ast omnis haec
stulta est nobilitas, imperitaque multitudinis error.
Quis autem generosus? Ad virtutem bene à natura
compositus. Qui colit Justitiam, qua virtus nulla
ad nobilitatis conditionem accommodatior est; qui
Eloquentiam, sine qua vix quisquam magnam po-
tentiam, dicto Taciti, consecutus est; qui Juris ci-
vilis prudentiam, quâ instructos videmus sexcen-
tos hodie ad nobilitatis gradum adspirasse; qui Ar-
ma, quorum virtute ad honores amplissimos ascen-
derunt multi posterisque suis nobilitatis gloriam pe-
pererunt, gloriose sectantur, veram Nobilitatis ve-
nantur gloriam. Tibi ergò, Generose Dn. à Beil-
witz, magna gloria ab antiqua propria Parentibus
A 2 natum

narum & simul laude si non anteire, assequi ta-
men generis tui Autores, praeclarus thesaurus est.
Modestia, rara in hominibus virtus, rebus praeser-
tim turbatis, ac in multis prope ignota; Aetas tua ju-
venilis, diligentia & disciplina, inprimis historico-
politicae praeceptis munita, summa quaevis de Te
praesagiunt; Insignis tuus de Concordia Discordantis
Germaniae labor argumento est, Te publici juris haud
exiguam comparasse scientiam. Si nobilis jurispru-
dentiae studium, quod semel complexus es, fore eper-
rexeris, (Cui ut & carissimo Fratri, quem pariter
justus legum ardor tenet, fidum me fore comitem
polliceor) non falso amore auguror, quod Patria Te
tanquam columen ac praesidium olim sit cultura.
Interim Tibi has, quas possides, dotes, ac inculto Pa-
renti, cujus pectus ob tam amabilem par tantae frugis
filiorum latitiae farta redditur, & Toti Patriae
gratulor. Maximo, quod facis, animo omnia ista quae
vera Nobilitati obstant, contemne, & ad Familiae
tuae splendorem vel conservandum, vel confirman-
dum omne studium confer. Vale Dabam Jenae d.
2. Januar. 1681.

AN-





C. D.
ANTILOQUIUM.

FAcertè providæ Naturæ est dispositio atque fabrica, ut earum rerum, quæ mundum, pulcerrimam illam machinam, augent ac conservant, magna sit inter se dissimilitudo atque discrepantia, ita tamen, ut omnium finis, conservatio nempe sui, per concordiam feliciter obtineatur. Quis nescit *Aquam*, Elementorum frigidissimum, contrariam esse *Igni*, utpote quæ hunc planè extingvit: *Aerem* tanquam humidum *Calori* adversari; Nihilo tamen minus contraria hæc inter se Elementa universum terrarum orbem ex sapientissima ordinatione verbi illius omnium divinissimi mirificè dirigere ac tueri. Nec minus *Homo*, parvus exinde qui dicitur mundus, ex humido, sicco, frigido & calido vitam ducit, servatque spiritum. Ut proinde non minus verè, quàm prudenter dixerit Plato in *Timæo*: Mundum non posse habere dispositionem meliorem, quàm nunc habeat; quia ab optimo & sapientissimo gubernatur & regitur.

Imò, sicuti ex *discordiâ vocum* *svavior* existit harmonia; sic ex naturarum ista diversitate, velut quadam pugna, concinnior univèrsi evadit ornatu. Jam autem *Rempublicam* esse corpus quoddam, cuius anima Majestas, & immensæ multitudinis spiritus quidam est, nemo negat; quippe Magistratus pro corde illi est, Consilia pro oculis, Arma pro brachiis, Opes pro pedibus; ubi fieri vix poterit, ut omnium membrorum una eademque sit dispositio: Stomachi enim calidius, Epatis frigidius est temperamentum. Sed quorsum dilabor? Mihi non est propositum de quarumlibet *Rerumpublicarum* temperamentis sermonem facere, sed libet *Discordantis nostræ Germaniæ Concordiam*, ac qualis ista sit, paululum introspicere. Equidem præstet forsitan de re tanta tamque abstrusa silere quàm pauca dicere, prudentiæque potius sit in tempore vera non loqui; & fateor me non esse ea aut iudicii gravitate, aut experientiâ, ut quod causæ hujus arduæ momentum postulat, atque in aulis Magnorum Principum tractari unicè solet, digno verborum apparatu explanare, aut Orbis scenæ satis dignè exponere queam; quippe qui in speculâ duntaxat recondita negotiorum *Aulicorumque* simulacra non audeo penetrare. Faciam tamen, quod gemmas
vel

omni

æ A

vel thesaurum quærentes solent, qui priusquam
ad viscera perveniunt, summam terræ cūtem
prius stringere necesse habent; ut quod ego
monstrare non valeo, ab Aliis politioris scien-
tiæ Magistris abundè præstetur. Concordiam
autem alere discordias delicatis auribus non sa-
tis congruum, unumque cum altero pugnare vi-
detur, imò susurrari audio, Majestatem pruden-
tius agere, si omnem discordiarum materiam
funditus moveat, neque concedat quicquam su-
pereffe mali; Ast ab ejusmodi contradictione nil
mali metuendum est, cum Concordia Discors
contrarias inter se denotet qualitates, quæ tamen
omnem odiis, apertis factionibus civilibus bel-
lisque intestinis & aliis turbis causam præscindat.
Quandoquidem verò universa hæc materies non
tam scholasticæ disputationis, quàm observa-
tionis pragmaticæ est, satius erit per Exempla,
quàm per Præcepta ire, quorum tamen illustri-
ora saltem notabimus. Sic in Germania circa
RELIGIONEM est concordia discors, cum non
una, quam quidem serio exoptant omnes, qui
sinceram colunt pietatem, sed Tres, in Doctrina
fidei fundamentali discrepantes, tolerantur, fo-
veantur & defendantur. **JUSTITIA** juxta di-
versa, quæ in diversis territoriis vigent jura, non
unifor-

uniformiter administratur. De SESSIONIBUS
& PRÆCEDENTIA vehementi contentione
Status inter se diglantur. MONETÆ valor
non unus idemque est in omnibus ditionibus.
CALENDARIUM ratio alia in Protestantium, alia
in Papicolarum terris habetur. PONDERUM &
MENSURARUM magna est diversitas. De
quibus singulis breviter agendum erit. Deus cœ-
ptis benignè adspiret!

CAPUT I.
DE
CONCORDIA
DISCORDANTIS RELIGIONIS.

SUMMARIUM.

*Th. I. Quidam Religionum in Republ. discordiam tolerandam esse
negant. Verum unitas igne & ferro minimè proferenda est. II.
Pacificatio religionis anno 1555. discordiam quoad Religionem
fecit concordem III. Historia refertur. Lutherus contra au-
toritatem Pape disputans excommunicatur. IV. Carolus V. vi-
dens hanc religionum discordiam maximos in Imperio produ-
cturam turbarum impetus Lutherum proscripsit. Hic ab Ele-
ctore Saxonie in arce Wartenburgo detinetur. V. Witteberge
Andr. Bodens. Carolstadius iconomachiam introducere sata-
git. VI. Satius videbatur hanc discordiam per concordiam com-
ponere, ideoque in omnibus omittis ab anno 1521. usque ad an-
num 1532. habitis de componendis circa religionem controversiis
laboratum est. In Comitibus a. 1524. 1526. Lutherana religio
confirmatur. Unde Augustana Confessione additi sunt appella-
ti Protestantes? Confessio Augustana a Statibus quibusdam
imperii*

imperii subscripta. Genuinum exemplum invariatae confessionis in archivo Imperii non reperitur. Ortum bellum Schmalcaldicum. VI. In ipso bello Schmalc. Johannes Elector Saxoniae captus Electoratu exutus est. VII. Oblatum interemisticum. VIII. Mauritius El. Sax. contra Imperatorem bellum suscipit. Anno 1552 Pax Passaviensis, anno 1555 Pax religiosa facta est. IX. Calviniani num concessa Religionis libertatis participes sint, controversum fuit. X. Formula interemistica in pace Religiosa fuit sublata. XI. Jurisdictio Ecclesiastica Pontificis in terris Protestantium per suspensionem in pace religiosa fuit sublata, nec non discordia de concordatis nationis germaniae. XII. Progressus fit ad eas religionum discordias, quae à pace religios. usque ad pacem Osnabrugens. agitatae & sedatae sunt. XIII. Melancthon distinguitur in orthodoxum & heterodoxum. XIV. Discordia de variata Augustana confessione inter Nos & Pontificios, ut & Calvinianos sopita est. XV. Anno 1566 in Comitibus Augustanis inter protestantes mota est discordia. Refertur historia, quomodo in Palatinatum irrepserit Calvinismus. XVI. Ferdinandus II. edictum promulgavit de restituendis omnibus bonis Ecclesiasticis, quae tempore Passaviensis tractationis anno 1552 sancita, & anno 1555 per Pacem Religiosam confirmata ab Evangelicis in possessionem accepta erant. XVII. Anno 1631 Lipsia conveniunt Protestantes & foedus paciscuntur defensivum. Pontificiorum de hoc foedere cavillationes. XVIII. Controversia, an Calvinistae pacis religiosae beneficio gaudere queant, in Instrumento Pacis Osnabrugensis fuit composita. XIX. Controversia olim mota, an etiam Nobiles immediati liberum in suis territoriis habeant religionis exercitium in Instrumento Pacis est sublata. Nihilominus adhuc discordiae sunt relictae. Ut pote: An in feudo illo, quod tenet & recognoscit ab alio statu ecclesiastico nobilis immediatus aequè ac in proprio territorio religionis libertatem habeat? Discordia est inter ipsos nobiles immediatos & status ecclesiasticos, illi licet religionem aliam introducant, feudo non privantur; hi vero quamprimum religionem immutant, Episcopatu vel ArchiEpiscopatu, salvata

B

men



men vita & fama, cedere tenentur. Discordia est inter no-
bilem immediatum & principem pontificia religioni addi-
ctum in cuius territorio ille vivit, num saltem domi in arce sua
pro se, liberis & familia privatum verbi divini ministrum ha-
bere, atque ita privatum religionis exercitium preservare
possit? XX. Civitates liberae & imperiales liberum habent re-
ligionis exercitium. An vero cives alicujus civitatis liberi
invito Senatu liberum alicujus religionis exercitium assumen-
di & inducendi potestatem habeant? Q. XXI. Anno 1635. Caesar
cum Electore Saxonie Praga pacem fecit, ut bona ecclesiasti-
ca per 40 annos in potestate Principum permanerent. Pax
illa à Svecis & Hassis repudiata est. Donec mota de bonis
ecclesiasticis discordia pace Osnabrugensi seponerentur. In eo
statu, quo 1624. fuerunt bona eccles. permanserunt.
XXII. Quid de reservato, uti vocant, Catholico? XXIII.
Quid de Reservationibus, Mensibus Papalibus, Annatis &
Pallio Episcopali hodie sentiendum? Primarie preces juri
Imperatoris majestatico competunt. Q. An Imperator vigore
precurum primariarum beneficium in territorio Principis alicujus
A. C. additi vacans in aliquem pontificium conferre
possit? XXIV. Quid de beneficio emigrationis statuendum.
XXV. Gaudent libertate religionis etiam Vasalli, & Subditi, si
habeant Jus Patronatus, modo anno 1624. in possessione fue-
rint. XXVI. Concordia licet in causa Religionis discordantis
facta, hodiernum tamen animorum conspiciatur discordia. La-
eta quedam in ditionibus Germanie allegantur. XXVII. Tan-
dem annectuntur questiones: An Pater August. Confess. addi-
ctus filium ad castra Pontificiorum vel Calvinianorum sece-
dentem tanquam hereticum exherodare queat? Et, num con-
ditio: si Pontificiam religionem amplexus fuerit, in heredi-
tariis vel legatis consequendis pro impossibili, & sic pro non
adjecta habeatur? XXVIII. Quid concordie hodie obstat.
Q. Num unanims in Religione concordia sit speranda?

TH. I.

F Quidem non ignoramus quosdam religionum in repub. discordiam planè non esse tolerandam firmiter negasse, existimantes religionum licentiam dulce esse venenum, lernam malorum & iniquitatis. Principem non magis esse tutum neque potentem, quam ubi una viget religio. Et quare non una? cum veritas sit una & simplex, mendacium verò multiplex: ut sapienter in concilio Lateranensi sub Innocentio III. statutum æstimeretur, ne quis novam Religionem inveniat. Hejnr. Gebhard. alias Wesener *tractat. jurid. de potest. s. regim. & jurid. ecclesiast. vera autem 7. n. 45.* Bellarm. Burgkard. in auton. Laz. von Schwendi in seinem Bedenken an Keyser Maximilianum II. von Regierung des Römischen Reichs. Erasmi. Roterod. Verùm cum Ianienâ respub. non sit perdenda, princepsque officio medicum ad temperamenti & necessitatis constitutionem medicinam temperantis fungi debeat, ac in fide agendum ceu in fidibus, utique toleranda videtur & in nostrâ Germaniâ religionum Discordia. Benè etiam Berneg. *in quest. miscell. ad Tac. quest. 46.* dicit: Nauclerum imitemur, qui cum eò, quo cupit pergere non possit, quò potest cursum dirigit, ac sæpè velificatione mutata procellis ac tempestatibus obtemperat, ne si directum cursum tenere velit, naufragium patiat. Ipse Becanus *lib. 5. manual. cap. 15. p. 719.* docet: in tribus casibus etiam hæresin tolerari posse. Primò, quando Princeps Catholicus impedire non potest. Secundò, quando ex permissione speratur majus bonum. Tertio, quando ex permissione evitatur majus malum, quod aliter evitari non potest. Ut proinde pleno ore laudandus veniat Ferdinandus I. ante obitum inter summa & prima, quæ Deus in gubernatione Imperii concessisset, hoc habens, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, refer. Crat. à Crafftheim Archiat. Cæsar. *in epist. prelim. in Dabruv. hist. Bohem.* Si enim Status turbulentus est, & eversio regni metuenda, nisi religionis diversitas permittatur, Magistratus probè discernet religiones & homines religioni addictos. Quod si religio aliqua directè ipsum evertat fundamentum (loquimur de magistratu Christiano)

no) ne toleretur quidem, sed penitus inhibeatur, mediis tamen benignis ad veritatis agnitionem homines isti religioni addicti perducantur. Maxime si non sint impii ac tenaces. Felvvinger. *disput. d. religion. th. 16.* Notanter dicimus: *mediis benignis.* Sic enim quilibet Princeps agens quod agit consideratè, unitatem religionum igne & ferro minimè proferat. Quid enim aliud inquisitionis Hispanica, quàm syllogismus quidam ex igne, aqua & laqueo confectus, qui fortius quàm qui primæ figuræ dicuntur, concludit, uti loquitur Georg. Frid. Limp. Baro apud Lansium *in consult. d. Princ. in provin. Europ. in orat. contra Hisp.* atque ubi mors necessario ingreditur conclusionem? quid aliud quàm pyxis quædam, ex qua omnia mala in orbem Christianum sunt invecata? quid Belgium à legitimi sui Regis ac Domini obedientiæ avulsit? Reformatio religionis. Quid Galliam motibus interfinis inquietavit? Reformatio v. D. Præf. *præsidia domus Illustriss. V. pos. Vir. Eiusd. Consult. utrum cognitio rer. ecclesiast. semper sit pensura territorii habentem th. I & XI.* Inde Berneg. *in quest. misc. ad Tac.* eleganter etiam hunc in modum disserit: *Quid de hac questione seculi proxime precedentis decursu Syllogismus non ex Logico-rum regalis, sed carnisficum officinâ petitis agitata: non argumentis sed armamentis pererrata: à senserim, vix sine gemitu recordatur maxima pars Europe. Quæ enim inde dissidiarum faces accense sunt, quæ bellorum strepitus, animus meminisse horret luctuque refugit. Lili-gorum illud regnum istis bellorum civilium turbibus sanguine humano ferè inundatum non sine gemitu intuemur. Florantissimum Belgium eodem infortunio implicatum: Germaniam hanc raro disceptationis huius aculei heri! indigne vulnerarunt; adeoque huius questionis decisio, ut in superiorum temporum monumentis legere est, non atramento, sed plurimorum sanguine in externis pariter ac vicinis regionibus est descripta. vide de hac questione Heinecr. Cran. *d. pacere. lig. an Imper. Romano servanda part. 1. probl. XIII. con. 1.* Et sanè religionum diversarum tolerantia Imperium Turcicum potentissimum in tantam crevisse amplitudinem scribunt historici. Et Philippus Camer. *p. 1. horar. subc. cap. 58.* notabili probat exemplo de Sultano Solemano Imp. Turcico, qui cum à nonnullis admoneretur, ut Christianos & Judæos aliosque diversos ritus ha-*

reli.

religione sequentes, vel eijceret, vel cogeret, ut musulmanizarent, dixisse fertur: *Quemadmodum ista varietas distincta herbarum & florum, non solum nihil obest, sed mirifice oculos & sensus recreat, ita in Imperio meo diversa fides, & religio potius usui, quam oneri mihi est, si modo pacate vivunt, & in aliis politicis rebus mandatis meis parent. Præstat igitur diutius sicut majores mei permiserunt, ita more suo religiones suas sequi, quam turbas excitari & Imperium meum deformari. Non secus ac flosculos unicalores tantum relinquere & reliquos evellerem, quid facerem enim aliud, quam ut hortum vel pratium sua nativâ elegantia & decore potius spoliarem quam ornarem?*

II. Tunc quidem maximis respub. exposita videtur periculis, quando religionum in illa discordiâ nondum conspicuntur sedatæ, & unus alteri ob hoc manus violentas inferre conatur. Sed hæ discordiâ in Germania Deo sit gloria, sunt sublata, & summis potius efferenda laudibus exoptatissima religionis anno 1555. facta Pacificatio, quæ Germaniæ Palladium dicitur, per quod hucusque viguit semperque vigebit S. S. Imperii nostri majestas Petr. Siring. *d. pac. relig. lib. 12.* Hæc est illa ipsa pax religiosa, quæ discordem nostram Germaniam quoad religionem efficiebat concordem, & tamen non omnibus discordiis expertem, ita ut facta sit concordia in discordante Germania. Antequam autem in specie de ipsa religionis facta concordia quædam dicamus, prius præcipuas discordias de quibus tandem conveniebatur, à tempore Lutheri usque ad pacem religiosam, & ab hac usque ad Pacem Osuaburgensem paucis afferemus.

III. Scilicet, quamprimùm vir ille divîna gratia exornatus Martinus Lutherus contra subornati à Leone X. Tetzeli pessimas thesibus publice arcis templo Wittebergæ affixis masculè sese opponeret indulgentias, nec in disputatione ab Eckio Lipsiæ in arce Pleissenburg, quò hic Lutherum magna cum spe exinde reportandæ gloriæ provocabat, convinceretur, nec à Cajetano Cardinali Augustæ vindelicorum ad palinodiam canendam adduceretur, A. 1520 à Papa excommunicabatur. Idem eandem Papa Leo X, anno 1519. Rosam per Militium Friderico E-

Iectori Saxoniae mittebat, quam tamen Fridericus pro ridiculo modo habuit.

IV. *Carolus V.* cum videret hanc religionum Discordiam maximos in Imperio esse producturam turbarum impetus, nec Lutherus a sua sententia avelli posset, ipsum tanquam haereticum in comitiis Wormatiensibus executione quidem non secuta proscripsit, vid. *D. Linck. in dissert. de Immediat. Imp. protest. foro in causis matrimon.* Idem de iuribus circa relig. *dissid. in Germ. recept. cap. 1. §. 14.* *Gottfrid. Sjev. th. sec. ad pac. relig. propos. 1. th. 1.* Curavit itaque Elector Saxoniae Lutherum in arcem VVardburgum prope Ifenacum, ut ibi tutus delitesceret, abducendum. Tunc temporis autem VVittebergae Andreas Bodenstein Carlstad, propter literas initiales Luthero & Melanchtoni in epistolis Das böse A, B, C, dictus, iconomachiam introducere audebat. Quapropter Lutherus ad hujus conatum impediendum absque cunctatione VVittebergam abiit, factumque ut exinde Monachi Augustiniani missae celebrationem sensim sine sensu intermitterent.

V. Cum autem satis videretur per concordiam aliquam hanc discordiam, quam per atrocissimam & sanguinolentam Hispanicam quandam inquisitionem componere, ideoque in omnibus comitiis ab anno 1521. usque ad annum 1532. habitis ad discordiam circa religionem ortam in unanimum concordiam rursus redigendam variè tractatum laboratumque est. Acta extant ap. *Hortled. von Ursachen des Deutschen Krieges.* Intra hoc temporis spatium Lutherana etiam religio variis modis fuit ventilata & propugnata. Sic in Comitiis Noribergensibus a. 1524. non improbata; In Spirensibus a. 1526. confirmata; sic etiam per protestationes, appellationes, confessiones, colloquia & concilia vindicata, & tandem per pragmaticam sanctionem confirmata. v. *D. Strauch. diss. de statu ecclesiast. sup. sec. roim. caput. 9.* Constat enim quod cum Spira a. 1529 in comitiis decretum adversus Evangelicos esset propositum, quidam principes contra illud protestati sint, a quo etiam postea Protestantes dicti *D. Linck. in diss. d. immediat. Imp. protest. foro in causis matrimon. sect. 1. n. 25.* Uti nostro sec. in Belgio Arminiani a remon-

strane



strando sunt dicti Remonstrantes, & Calviniani à corremonstrando dicti sunt Corremonstrantes. Constat etiam quod a. 1530 in Comitibus Augustanis confessio exinde augustana dicta, ab Evangelicis principibus fuerit exhibita & etiam teste Sleid. l. 7. reprobata. Erat autem non ab aliquo privato, sed ipsis Statibus protestantibus constituta; subscripserunt enim tunc Johannes Elector Saxoniae, Georgius Marchio Brandenb. Ernestus & Franciscus Fratres & Duces Luneburg. Philippus Landgrafius Hassiae, Volfgangus Dux Anhaltinus, Civitas Norimb. & Reutling, Chytræus Hoc, incidenter etiam notamus, quod genuinum exemplum invariatae A. C. in archivis Imperii hodie non reperiatur. Sic enim Borscherus in dissert. de provid. divina circa A. C. anno 1655 Rosochii habitus dicit: *memini me ante 20. & quod excurrit annos eum aliquo locutum esse, qui è Tomo illo, qui in comitiis a. 1530. Augustae collectus fuit, Augustanam confess. excisam esse in archivo Moguntino vidit.* Sed nihil tutum in humanis. Discordia illa de religione per concordiam quadam ex parte variis in comitiis seposita non fuerunt sempiterna. Bellum enim tandem & discordia publica à Carolo V. contra confederatos Schmalcaldicos suscipiebatur. v. Chytr. Saxon. Chron. l. 13. Hortled. p. i. l. i. c. 10. Fibig. in elect. J. P. semid. 8. quest. 4. Sleidan. l. 8. comm. Praecedebat autem hoc bellum *conventus* quidam Schmalcaldicus dictus, in quo anno 1537 foedus Evangelici Status instaurarunt defensivum. Incidebat autem tunc Lutherus in morbum quandam ex calculo periculosum; ex qua ratione svasu Principum ne praesentibus pontificiis legatis interque eos ViceCancellario Heldio, moreretur, Schmalcaldia Tambachium saltus Thuringici pagum defendebatur.

VI. In ipso autem bello Schmalcaldico anno 1546 cepto & anno 1547 finito Johannes Fridericus Elector Saxon. ad Mühlbergam capiebatur, Electoratuque à lineâ Ernestina ad lineam Albertinam & tunc temporis Mauritium translato miserè exuebatur. Philippus Hassiae Landgrafius captus quidem non erat, adducebatur tamen, ut supplicem Caesarem rogare vellet, quo veniam impetraret, promissum etiam ipsi erat à Caesare immunem à carceris poenâ futurum esse, Nihilominus cum jam Caesari supplicem

placem se stitisset, ipse iusto in carcerem detrusus est, und wuere
hernach die Sache so verkehret / man hätte Ihm versprochen
mit ewiger nicht mit einiger Gefängnis zu verschonen. Eadem
solertia Carol. V. literæ unius discrimine negare se dixit, quod
affirmare putabatur, cum se principes Germaniæ carceribus e-
repturum scripsisset num. Rom. V. interpretatus per N. ob non
magnum linearum dissimilitudinem vid. hoc Ipsi exprobrantem
Bodinum *L. 5. de rep. c. 6.* Pariter æquivocationis studiosum fuisse
Car. V. exinde colligimus, cum legato Gallico post mortem Fran-
cisci Stortia Ducatum Mediolanensem Regis sui nomine poscen-
ti responderet: Sibi idem placere, quod Fratri suo Regi Gallia
placeret. Quibus verbis Legatus Carolum assentiri putavit, idq;
ad Regem suum statim perscripsit, At Carolus hunc Ducatum si-
bi non minus quàm Gallo placere sentiebat Chytr. *in orat. de vita
Car. V.*

VII. Cum itaq; Carolus V. prospero fortunæ flatu in bello
suscepto uteretur, anno 1548 in comitiis Augustan. formulam
relig. *interimisticam* Protestantibus offerebat Sleid. *l. 20. p. 620.*
quæ Sphinx Augustana it. das interim hat einen Schatz hinter
Ihm ob fraudes pontificiorum vulgò dicebatur; Hanc Pauci
approbarunt, plures impugnarunt.

VIII. *Mauritius* verò sic Imperatorem religionis liberta-
tem tollere meditantem ad spectu sentiens, bellum, exinde etiam
Mauritianum dictum, contra Cæsarem suscipere non dubita-
bat: In illo Schmalcaldico Carolus victor, in hoc victus
fuit. In illo Mauritius Caroli parastata, in hoc hostis fuit. Huic
bello Mauritano Ferdinandus I. Caroli Frater quoque videba-
tur favere, putabat enim, Fratrem suum, si belli eventus ad vo-
luntatem flueret, filium Philippum ad Imperium esse evecturum.
Sed fortuna reflabat, & Carolus V. ad pacem Passavientem anno
1552 quam anno 1555 pax religiosa sequebatur, à Mauritio faci-
le compellebatur. Etecce! nunc exoptatum omnium discordia-
rum hactenus agitarum terminum. Respice discordias præ-
cedentes, & ecce! præsentem de iis initam concordiam. Com-
plicatam animi rationem evolve & videbis discordantis Ger-
maniæ

manix quoad religionem concordiam. Et quid multum de religionis concordia discorde dubitamus, cum circa ipsam pacem religiosam seu omnis concordia matrem varix se quoque exerant adhuc discordia. Sic discordia in definienda pace religioſa; Sic discordia, an vi aut metu sit extorta; Sic discordia an iterum ab Imperatore abrogari possit? vid. Limn. Enucleat. l. 1. c. 2. Syring. *de pace rel.* Burgoldens. *not. Imp. part. 2. disc. 2.* D. Linck. in *dissert. de jure circa religionis dissid. modern. receptis cap. 11. §. 5. & 8.* D. Frid. Rhetium *de jure statuum Imp. circa sacra cap. 4. n. 2.* Gottfrid. Fibig. in *elect. jur. publ. Semidec. 9. quest. 1. & 2.*

IX. Sic Discordia summa & primaria haecenus de libero religionis exercitio inter *Evangelicos & Pontificios* agitata. Sed ecce concordiam. Etenim liberum religionis exercitium in pace religioſa Lutherana tantum praeter pontificiam legimus concessum. Licet autem concordia quoad hoc fatiſ firmata videatur & stabilita, nihilo tamen minus Discordiam quandam conspiciamus adhuc esse admixtam. *Calviniani* enim participes concessa religionis libertatis esse volebant ac contendebant. Non fatiſ autem ipsorum in hiſce admirari possumus astutiam; ut enim eadem libertate gauderent, se Augustanae confess. socios in Germania, extra hanc enim confess. augustan aperte rejiciebant, usque ad pacem Osnabrug. in qua liberum relig. exercitium quoque permittebatur, astute asseruere. Inde videmus etiam in conventu Lipsia anno 1631. habito inter Theologos Electorales Saxon. D. Hoeum & D. Polycarpum Lyserum & D. Heinrichu Höpfnerum, & inter Theologos Brandenburg. & Hassiacos Castellanos D. Joh. Bergium & Joh. Grotiu & Theophilum Neubergerum studio Calvinianos dixisse, ut pace religioſa fruenterur, se quando & quo tempore modo exigeretur, Invariata Augustanae Confess. subscribere paratos esse. An autem Calviniani recte Augustanae Confess. Fratres appellari possint, fusius prosequitur Leonh. Hutterus in *diss. pro lib. Concord. advers. criminat. Rudolphi Hospiniani Cran. de pace relig. serv. probl. 13. it.* Gottfrid. Fibig. in *elect. Jur. pub. Semidec. 9. quest. 4. it.* D. Frid. Rhetius in *diss. de jure statuum Imp. circa sacra. cap. V.*

X. Sic discordia de formula ista interimistica, quam quidam

C

dam

dam ex protestantibus uti jam tum diximus acceperunt, plures
verò rejecerunt, in pace religiosa fuit sublata & quoad hoc con-
cordia, dum liberum relig. exercitium A. C. addicis concede-
batur, & liber ille Interim dictus abrogabatur, fuit constituta.

XI. Discordia illa maxima de *jurisdictione ecclesiastica*,
quam hactenus Pontifex in ditionibus Protestantium exercue-
rat, per illius suspensionem in pace religiosa fuit sublata &
concordia sic instituta, ut Protestantibus Principibus & Statibus
immediatis suprema circa sacra potestas non tam tributa quam
quodam quasi postliminio restituta, v. Carpz. *Juris consst.* l. 1. def.
2. Reinking. *de regim. sec. & ecclesiast. lib. 3. class. 1. c. 6.* Gottfr. Svey. *in*
Th. sec. ad pacem relig. propof. 6. th. 1. D. Linck. *dissert. de concordatis*
nationis Germ. cap. ult. n. 8. & 9. D. Praeses in consult. utrum cognitio re-
rum ecclesiast. sit penes jura territorii habentem th. 5. n. 3. Sic etiam
suspensa jurisdictione ecclesiastica discordia de *concordatis*
nationis Germ. fuit sublata, quorum sic valor penes Protestan-
tes exspirabat. Cum autem ob pacificationem Osnabrug ma-
joribus gaudeant immunitatibus Protestantes, & per hanc à
nexu concordatorum in totum liberati sint, pluribus intra de
iis agemus. Ceterum licet videamus hic veram & non fuc-
tam concordiam, interim tamen etiam oculis nostris quædam
fese exhibet adhuc discordia. Principes enim Lutherani ju-
risdictionem ecclesiasticam impetrarunt, contra Romano-Ca-
tholici papali jurisdictioni subiecti permanserunt.

XII. Sic Discordiis à tempore *Lutheri usque ad Pacem Religio-*
sam summis & præcipuis breviter examinatis, indeque etiam se-
cuta quoad relig. concordia, paucis modò discussa, ad eas nunc
progreddimur religionum discordias, quæ à pace religiosa usque
ad pacem Osnabrug. agitatae & sedatae fuerunt.

XIII. Discordia sub *Ferdinando I.* super artic. de *S. cena*
inter Heidelbergenses ut orthodoxos & cryptocalvinistas orie-
batur. Ad hanc itaque litem dirimendam & concordiam con-
servandam *Fridericus Palatinus* controversiâ *Philippo Melanch-*
toni committebat decidendam. Sed infeliciter! Hic enim
cum concordiam introducere deberet, nil magis quam discor-
diam excitabat, quippe ipsius epistola ad *Electorem* perscripta
non



non obscuris Calvinismi maculis erat infecta. Et sane hæc Melanchtonis inconstantia turbas etiam in Saxonia dedit maximas. Cum enim ipse autoritate alii abuterentur, alii deciperentur, parum abfuit, quin Calvinismus sub Augusto & postea sub Christiano I. esset introductus. Distingunt itaque Theologi inter Melanchtonem primum (orthodoxum) & secundum (heterodoxum).

XIV. Discordia de Variata Augustana Confessione Nos & Pontificios ut & Calvinistas alebatur. Hi provocabant ad conventum anno 1561. Numburgi celebratum, exque illo Principes protestantes in variationem A. C. consentisse probatum ibant vid. die Hauptvertheidigung des Aug. Bessels. c. 24. Verum hanc discordiam excipiebat sponte quædam concordia, quod sc. in illo conventu Legati Electoris Palatini & Saxonici fuerint cryptocalviniani. Hinc non mirum, quod variatam A. C. visi fuerint approbare. Augustus enim Elector Saxonie Cracovium tunc legatum suum postea ipse Calvinianorum Messiam vocavit.

XV. Sub Maximiliano II. notatu digna etiam anno 1566. in comitiis augustanis inter Protestantes movebatur discordia. Cum enim Fridericus III. calvinismo, quo etiam palatinatum prima vice infecerat, favere videretur, non sine ratione æstimabant Protestantes, illum concessa religionis libertate gaudere non posse. Fridericus autem, quo hoc discordiæ malum sopiret in publico confeslu filio Joh. Casimiro Biblia ac Confess. Augustanæ præferente se purgavit. Sed hæc concordia nil aliud quam discordiæ corde quippe confessionem amplegebatur calvinizantem. Sed cum videamus in temporum confusione hæc multos offendere, paucis trademus, qua ratione Calvinismus in Palatinatum introductus, qua ratione hunc calvinismum secutus iterum Lutheranismus, & qua ratione tandem hunc Lutheranismum secutus iterum Calvinismus. Fridericus III. Elector Palatinus prima vice calvinismi labe a. 1559. videtur infecisse. Et hoc ipsum erat, quod scrupulum Protestantibus movebat anno 1566. dubiosque reddebat, an Palatinus pace religiosa frui posset. Hunc autem Calvinismum secutus est iterum Lutheranismus. Mortuo enim Fridri-

co Calvinista Ludovicus filius natus maximus in Electoratu maximo quoque Imperii ordinum gaudio successit, qui Calvinianis pastoribus, ditionibus suis expulsis, licet ob hoc & verè & malè facilibus calvinistis falso facilis fuerit dictus, confessionem Augustanam restituit. Rapidissimus verò hiee procurrentis in palatinatu Lutheranismi cursus subitâ Calvinismi inextinguitione iterum annis vix septem elapsis supprimebatur. Ludovico enim mortuo Electoratus administrator fuit Joh. Casimirus, qui Friderico IV. minorenni ceu cereâ tabulâ calvinismi doctrinam in hunc usque diem perdurantem de facili imprimere valuit.

XVI. *Ferdinando II. imperante variisque triumphis elato, promulgatum fuit edictum nomine Imperat. de restitutione omnibus bonis ecclesiasticis, quæ à tempore passaviensis transactionis anno 1552. sancitæ & anno 1555. per pacem religiosam confirmata ab Evangelicis in possessionem acceptæ erant.* Et ita repetebant præter Episcopatum Bremensem, Verdensensem, Magdeburgensem, Misnensem, Martisburgensem, Naumburgensem, Halberstadiensensem, Havelburgensem aliosque plura adhuc Cœnobia quæ post pacem passav. in manus protestantium pervenerant. Hujus etiam edicti in circulo Sævico imprimis Ducatu Wurtenburgico & Augusta Vindelicorum eodem anno executio tantâ infecuta est licentiâ, ut pontificiis perinde esset, ante, an post transactionem passaviensem aliquid esset constitutum, & ex bonis ecclesiasticis ab Evangelicis sui juris factum.

XVII. In discordiam itaque abibant hac de re certiores facti Protestantes, & medicorum more tum libris tum literis placidè graviterque conscriptis ad Imperat. ab Electore Saxonie in primis de domo Austriaca optimè merito, suam innocentiam docebant. Cum autem hac viâ incedentes parum aut nihil proficerent, a 1631. circa initium frequentes Lipsiæ convenerunt, ubi foedus paciscebantur defensivum. Tritum sermone etiam illo tempore erat pontificiorum hoc de foedere cavilligenus:

Die Lutherischen Fürstelein
haben ein Conventelein
in Leipzig in dem Städelein

und

und wollen anfangen ein Kriegelein
dessen Führer soll seyn das Schwedische Kriegelein.
Sed hic Regulus ex diminutivo fiebat superlativus, Pappenheimumq; exercitu cum Casareo ad Lipsiam in agris Breidenfeld
dictis fortiter fundebat, feliciter fugabat. Bellum hoc Wilhelmus Landgravius Hassiæ junctis cum Svecorum & Bernardi Ducis
Vinariensis armis usque ad pacem Westphalicam, universalem & perpetuam laudatissime continuavit. En! alterum discordiarum circa religionem terminum. Ut autem supra in pace religiosa semper pramittebamus discordias & deinde secutas ponebamus concordias, sic eundem tractandi modum hic loci melioris methodi ergo observabimus.

XVIII Discordia illa ac controversia, an Calvinista pacis religiose beneficio gauere queant, diu agitata & ventilata tandem in instrumento pacis Osnabrug. fuit composita, ita ut istis liberum etiam præter Lutheranam & Pontificiam sit concessum religionis exercitium. Sed si pauld altius nunc animo iustramus tritum harum religionum Imperialium in duabus pacificationibus constitutam concordiam & simul etiam conferendo unam cum alia, ipsarum diligentius reputamus discordiam, certè invenimus, ut in tota natura, sic & in Germania, sic & in religione dari concordiam discordem.

XIX Controvertebatur superiori tempore, an etiam nobiles immediati liberum in suis territoriis habeant religionis exercitium? Ratio dubitandi petebatur exinde, quoniam non essent Status Imperii, nec unquam sessionem aut vorum in comitiis habuissent. Contra verò Rumelin ad A.B. disp. 1. th 12. atq; Hippol. a Dreisbach in seinen unvorgreiflichen Bedencken über etliche Fragen der Reichs Ritterschaft in Francken/Schwaben &c. Nobil. immediatos inter status esse referendos contendunt. Quos tamen Linn. l. 6. jar. pub. c. 3. refutat, & cujus sententia etiam veterior. Sed discordia hæc de Nobilibus immediatis in instrumento pacis repetitione quadam sufficienter videtur sublata, v. D. Joh. Deckert. in consultiat. de pace civili religioni in instrum. pac. confecta dat p. 17. qui multos alios probæ fidei scriptores adducit. Joh. Bidenbach. quest. nob. 4. num. 1. D. Christoph. Besold. de

ord equ th 11, Dominic. Arum. disc. pol. concl. 85. Petr. Syring. de pac.
rel. concl. 40 Joach. Cluten in sll rerum quotid. coroll. 20. lit. K Hein.
Boc. de iure. V. a fall cap 6. Paurm. de iurisd. l. 2. c. 11. Joh. Nolden de
stat. nob. n. 154. Nihilominus tamen discordiæ satis intricatæ circa
hanc concordiam conspiciuntur nobis relicta. Sic discordia est,
an etiam in illo feudo quod tenet & recognoscit ab alio statu ecclesiastico
nobilis immediatus eque ac in proprio territorio religionis libertatem
habeat? Affirm. est multorum ut D. Frid. Mind. in tract. de processib.
mandat. & monit. in Imp. Cam. extrahendis l. 1. c. 36. Othon Meland.
in suis comment. ad Noab. Meurer. proc. Cam. Schönborn.
l. pol. 4. c. 6. Et nos etiam huic sententiæ veritatis amore addu-
cti subscribere non dubitamus. Sic discordia est inter ipsos no-
biles immediatos & status ecclesiasticos, quatenus alias maximam
inter se foveant concordiam, quod illi licet religionem aliam
introducant, feudo non priventur; hi vero quamprimum reli-
gionem immutant Episcopatu vel Archiepiscopatu, salva ta-
men vita & fama, cedere teneantur. Sic concordia est nobi-
lem immediatum ratione ditionis cuiusdam Principi alicui
pontificiæ relig. addicto subiectum in ea ditione liberum reli-
gionis exercitium non habere. Sed discordia remanet, an
salem domi in arce sua pro se, liberis & familia privatum verbi di-
vini ministrum habere atque ita privatum religionis exercitium sibi
suisque iure præservare possit? quod nos etiam calculo nostro ap-
probamus v. Frid. Mindan. l. 1. de proc. c. 30. Adrian. Gylman.
fors. 1. p. 1. tit. 3. Porro licet inter omnes quoad hoc privatum
nobilis immediati religionis exercitium fervetur concordia, at-
tamen denuò exinde quædam resultabit discordia inter nobi-
lem & merè privatum, cui jam etiam privata conventicula me-
rito denegamus.

XX. De Civitatibus liberis & Imperialibus, quod & iis liberum
sit concessum religionis exercitium, firma & immota videtur esse
concordia v. Gottfrid. Svev. 16. sec. de pac. rel. propos. V. 11. s.
Tantæ autem latitudinis & efficacæ hæc concordia non est ut
expellat omnem discordiæ materiam. Ratum quippe perspe-
ctumque habemus non de lana quadam caprina inter publici-
tates disceptari quando quarunt: an cives alicujus civitatis libera,
sen

seu Imperialis invito Senatu liberum alicujus religionis exercitium assumendi & inducendi potestatem habeant. Vid. Frid. Mindan, libr. 1. de proc. cap. 31. Otho Meland. in comment. ad proc. Arnif, 2. de jure majest. cap. 6.

XXI. Ad bona ecclesiastica nunc accedimus, ubi quidem constat, quod illa in pace passav. ad Protestantes spectantia fuerint suspensa, nihilominus tamen ut supra monuimus Ferdinandi II. Imp. nomine edictum de restituendis omnibus bonis ecclesiasticis, quæ in protestantium pervenerant potestatem, fuerit promulgatum. Sic etiam malè nobiscum agebatur, cum nostrò sec. anno 1635. Joh. Georg. I. Elector Saxon. cum Casare pacem Pragæ iniret, ea lege ut bona ecclesiastica adhuc per 40. annos in potestate principum permanerent. Speraverat enim Elector tantò temporis intervallò futurum esse, ut discordia illa amabili via decideretur. Quod si pax illa Pragænsis per pacem Osnaugensem non fuisset immutata & annullata, certè jam 40. illi anni elapsi essent & Protestantes obligarentur illa bona restituere. Sed è commodo protestantium erat, ut concordia illa Joh. Georgii cum Casare quam Wilhelmus Vinariensis & Georgius Luneburg. Duces, ut & Elector Brandenb. ipse recipiebant, à Svecis & Hassis repudiaretur, & discordia publica usquè ad Pacem Osnaugensem universalem & perpetuam, in quâ ha. de bonis ecclesiasticis motæ discordiæ sepositæ, & concordia denuo firmiter constituta, felicissimè continuaretur. Caterùm bona ecclesiastica eo statu quo anno 1624. fuerunt, permanserunt, qui terminus etiam in aliis observandus & multas non minus otiosas quàm odiosas quæstiones reddit sic cessantes.

XXII. Si una ex iis diversitatibus quas vidimus aut pertrahimus multiplex fuit ac tortuosa, sanè præfens de reservato Catholico discordia multis erat exposita difficultatibus. Erat autem illud pontificiorum reservatum clausula quædam, quæ pacis Passaviensis articulis erat inserta. Romano-Catholici enim id volebant, ut si quis Episcopus Romano-Catholicus religionem vellet amplecti Lutheranam, is obligaretur resignare Episcopatum aut archiepiscopatum. Hic autem maxima nascebatur & magnam in vastitatem excrecebat discordia, Contra hoc enim

enim se opponerant principes protestantes, & volebant permittere ut hæc lex paci religioſa infereretur. Tandem Ferdinandus I. ſua autoritate effecit, ut controverſia componeretur & nihilominus clauſula hæc paci auguſtana adjungeretur, quæ tantum fuit, ut ſi Episcopus aut Archi-Episcopus religionem vellet ſequi Evangelicam, is debeat Episcopatu ſuo cedere, ſalva tamen ejus autoritate. Sed hoc Protestantium diſcordiã factum; unde & hi clauſulam illam pro lege publica agnoſcere volebant, & uſque ad pacem oſnabr. hæc contentio duravit. v. Schönborn *l. 4. polit.* Ita ſuperiori ſeculo Baro Gebhardus Elector Colonienſis religionem pontificiam cum Lutherana permutabat, ductã in uxorem Agnete comitiſſã Mansfeldenſi hæcenus moniali, & nihilominus Archi-Episcopatum Coloniae retinere conatus eſt. Etenim ſi reſervato Catholico locus fuiſſet, inique Gebhardus proceſſiſſet, quia ſtatim debuiſſet cedere. Si vero reſervatum Catholicum vim obligandi non habuit, certe exigi non debuit, unde etiam bellum colonienſe ortum. At Gebhardus victus & in locum ejus à capitulis Ernestus Bavarus eſt electus. Ex hæc hiſtoria formamus quæſtionem tractatu non indignam præſuppoſito prius illo, quod Status eccleſiaſticus immediatus poſſit non obſtante illo pontificiorum reſervato religionem mutans feudum retinere, an Gebhardus in Papam ejusque clerum commiſerit perjurium? Nos neg. vid. Theoph. Bald. *de impiis conciliis Trident.* D. Arnold. Engelbrecht. *in ſua diſquiſ. jurid. de juridi.* Cranius *part. 1. prob. 9. connex. 2.* Sed videamus nunc quomodo hæc de reſervato Catholico diſcordia fuerit in pace Oſnabrug. compoſita. Sic autem cautum eſt: *It. ſi quis poſt pacem Oſnabr. è Romano Catholica Lutheranam velit amplecti religionem, is cogeretur Episcopatu aut Archi-Episcopatu ſuo cedere, contra ſi Lutheranus vellet Lutheranam cum Romano Catholica commutare is cogeretnr pariter Episcopatu cedere.*

XXIII. Magnitudinem diſcordiarum, ut & querelarum de Reſervationibus, Menſibus Papalibus, Annatis & Palliis Episcopalibus calamo ſat depingere jam non ſufficiet. Annatas ſanè illas ad emungendos Germanos, Gallos & Anglos pecuniã, ſtabiliendum papalem dominatum, majestatemq; civilem peſtundendam aliasque

aliasque status pontificalis rationes firmandas fuisse comparatas, nemo sane mentis negabit. De Pallio illo Episcopali adferunt historiographi, quod in vita unius hominis septies viginti millia florenorum ex solo Archiepiscopatu Moguntino pro confirmatione & pallii impetratione Romam pervenerint v. D. Linck *diss. d. jur. circ. rel. diss. mod. in Germ. recept. cap. 1. §. 7. 8. 9.* D. Reichenb. *de ratione status relig. & doctr. papae thes. 31. 32.* D. Strauch. *de statu ecclesiastico super. secul. c. 4.* Sed, uti diximus, infirmi nostri curam habentes sicco silentii pede originem & progressum concord. nat. Germ. præteribimus, & præsentem in loco eorum finem & abrogationem modo ab oculis ad animum transferemus, En! Instrumentum Pacis Osnabrugens, Ubi invenies a nexu concordatorum Protestantes in totum esse liberatos; Verba expresse ibidem posita habentur: *Si quid annatarum, jurium pallii, confirmationum, mensuram papalium & hujusmodi jurium & reservationum nomine in bonis Statuum A. Confess. ecclesiasticis immediatis à quocumque quandoocumque aut quomodoocumque pretendatur id valdeitate & executione à brachio seculari impetenda careat.* Ex quibus fat luculenter apparet, quod reservationes beneficiorum fodinæ pontificiæ venæ ditissimæ annatæ sc. Evangelicos non amplius ligent aut obstringant, bleibt also das Geld daheim und wahlfart nicht mehr nach Rom secundum Burgold. *ad Instr. pac. part. 2. Disc. II. memb. 3.* D. Linck *diss. de concord. nat. Germ. c. ult. n. 18. 19.* Atque sic quoad hoc concordia, nihilominus tamen videtur adhuc esse discordia, cùm ejusmodi annatæ etiamnum in nonnullis Protestantium locis usu sint receptæ. Sed in has nihil sibi juris vindicare potest Curia Rom. cum dispositioni cujuslibet superioris liberæ relinquantur, ita tamen ut ad nullum nisi pium adhibeantur usum, id quod etiam Luneburgi observatur D. Strauch. *d. annatis c. 4.* Sic discordia etiamnum est, quod preces primariæ in Imperio nostro obtineant, & quidem non ex Pontificis beneficio, sed jure Imperatoris majestatico deducantur, ut statuit D. Conring *in anim. ad version. ad Bullam Innocent. X. contra pacif. Osnabr. Joachim. Stephan. de jurisd. l. 4.* sic discordia an Imperator vigore precum primariarum beneficium in territorio principis alicujus A. C. addit. vacans in aliquem pontif. relig. affectam conferre possit? Nos possi-

posita, sed non concessa hypothesi, preces primarias Imper. habere à pontifice, tamen affirmativè subscribere non dubitamus v. Cran. *de pac religio serv parr. 1. probl. 4.* D. Steph. *de iurisd. l. 3. c. 4.* Christoph. Schvvanem. *sub fin. suar. decis. camer.* De precibus primariis an sint Imperatoris? an v. Imperator à pontifice habeat? an etiam aliis competant? quomodo amittantur? vid. Illustrissimi Comitum ac Domini, Domini Alberti VVolfgangi Comitum ab Hohenlœ & Gleichen Domini in Langenberg & Cranzfeld. *dissert. solidiss. de precibus primariis in Academia Argentoratensi habitam.*

XXIV. Facimus quoque ad *Beneficium emigrandi* progressum, & concordiam ob hoc, quod id cuilibet sit concessum, ex pacificationibus annotamus. Nihilominus tamen uti omnibus præcedentibus concordii admixtam quandam oculis usurpavimus discordiam, ita & hic certa inter nos & pontificios intercedit discordia. Nos rectius & tutius dicimus, beneficium illud emigrandi esse liberrimæ voluntatis D. Frid. Mindan. *lit. 1. d. processu. c. 30. n. 12.* Schönborn. *polit. l. 4. c. 6.* Contra adversarii necessitatis illud esse multis sed frustra evincere conantur argumentis.

XXV. Concordiâ istâ discordantis religionis in Instrumento Pacis factâ non solum Status Imperii Dominique Territoriales, sed & *Landsassii & Vasallâ*, quamvis Jus Episcopale de iis prædicari nequeat, rectè utuntur truuntur. Ponamus enim, Nobiles quosdam A. C. addictos bona cum Jure Patronatus ecclesiastici sub Principe papæ religionis possidere, evangelicæque religionis exercitium a. 1624 habuisse, illud hodiernum non solum habere Jus Patronatus h. e. jus præsentandi novellum Pastorem, sed simul ea, quæ aliâ juri Episcopali annectuntur, eis competere. Expressè enim dicitur in Instrumento pacis art. 5. §. 12. *post transactiones aut concessiones, quæ inter tales immediatos imperii Status Eorumq; Status provinciales & subditos supra dictos de publico vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando antehac intercesserunt, irritæ & factæ sunt, eatenus ratæ & firmæ manent, quatenus observantia dicti anni 1624 non adversatur.* Ubi verbum manere probè venit notandum, illud enim perpetuitatem denotat, nec admittit restrictionem Klock. tom. 3. *consil. 182 n. 534.*

n. 54. Addatur similis atque clarior textus in d. artic. 5. §. 12. ibi: *Statutum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cuiuscunque generis, qui sive publicum sive privatum Aug. Conf. exercitium anno 1624 quacunq[ue] anni parte sive certo pacto & privilegio sive longo usu sive longa denique observantia dicti anni habeant, retineant id etiam in posterum una cum Annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt aut exercita fuisse probare poterunt.* Per annexa verò in d. articulo nihil aliud intelliguntur, quàm quædam exque palmarie juris Episcopalis particule, ita ut Landsassii non solum exercitium Religionis, verum etiam annexa, & per consequens jurisdictio & audientia in ministros tam scholasticos quàm ecclesiasticos adjudicetur. Hujus §. virtute Statibus Provincialibus Episcopatus Hildesensis Consistorium Lutheranum, cum in anno 24. tale, inque eo Consiliarios & Assessores habuerint, Ipsi inter annexa restitutum est, non attento, Status Provinciales juris territorialis non esse capaces. Ita fit, ut in territorio Princeps diversam cum Vasallo & Subdito religionem habeat, hicque ea exerceat in jurisdictionalibus, quæ aliàs ipsi denegantur, vid. hoc plenius explicantem D. Præsidem in peculiari consultatione: *Utrum cognitio rerum ecclesiasticarum semper sit penes jur. a territorii habentem* th. 6. & seqq.

XXVI. Concordia licet in causâ Religionis discordantis in Imperio ita facta sit, dissimulandum tamen non est, hodiernum animorum conspici discordiam. Facta non desunt, quibus id probatur, & quod multa retorsionis similique jure inter Catholicos & Protestantas exerceantur. Sic in aperto est, Catholicis in Transsylvanica Passaviensi & pace Religionis indultum esse, ut census, decimæ & reditus ex ditionibus & territoriis Evangelicorum, sibi debitos jure petere valeant, nec in horum perceptione Status Evangelici eos impedire vel id prohibere possint. Id quod vicissim Evangelicis permillum, ut reditus & decimas ex districtibus Catholicis sibi debitas jure & absque ulla Catholicorum prohibitionem petant & exigant *Pacis. Relig. d. a. 1555. §. Dagegen sollen die Stände in verb. sollen bey ihrer Religion etc.* Nihilominus minus accidit, ut si Catholici decimas Pastoribus Evangelicis ex suis territoriis debitas detrectent, vicissim Evangelici ju-

re reſtorſionis decimas Catholicorum ex ſuis diſtribus debitas
iis denegat vid. Carpzov. *lib. 1. Jurisprud. Conſiſtor. deſin. 137.*
Sic, quamvis inter perſonas Catholica & Lutherana religioni
addictas conjugium ſimpliciter non ſit prohibitum; In terris
tamen Proteſtantium in conceſſione matrimonii inter ejus-
modi perſonas cautè procedendum eſſe volunt; Nimirum pro-
ſpiciendum eſte de duobus (1.) Utrum ſpes ſit converſionis in
perſona pontificia Religionis, nec ullum ex hoc conjugio me-
tuendum periculum Lutheranò conjugii. (2.) & ut convenient
de liberis procreatis inverà Lutheranà religione educanda, præ-
ſtità deſuper cautione. Quæ duò ſi probè obſerventur, haud
prohibendum eſt matrimonium: in caſu verò contrario neuti-
quam permittendum, ut conſultius aſſimetur unius veræque fi-
dei perſonas copulari. Diverſitas tamen Religionis non diſſol-
vit matrimonium, niſi acceſſerit malitioſa deſertio Carpz. *d. l. lib.*
2. deſ. 6. & 206. Sic, Catholici & Calviniſtæ in terris Evangeli-
corum honeſta ſepulturà digni judicantur, ita tamen ut funerum
remiſſiores ſint ritus ac ceremoniæ conſvetæ, omniſque pompa
remota, pro ratione ſcil. defunctorum, qui vel ſimplices ſunt in
religione vel pertinaces, malitioſi ac contentioſi, veluti pronun-
ciavit Facultas Theologica Witebergenſis in conſilio: *Wie
es mit dem Begräbnis der Calviniſten / Papiſten und anderer
Schwärmern zuhalten* ap. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theol. in append.*
ad locū de miniſterio ſect. 7. n. 10. Carpz. *deſ. 383.* Hodiernos verò Pon-
tificios ne quidem in hortis aut paſcuſ ſuis Evangelicorum de-
mortuorum corpora ſepeliri permittere, docet D. Zieglerus ad-
ſiſtunt. *Lancelot lib. 4. tit. d. hæretic. §. 9.* Speidelius in locis tantum
conſecratis in das geweiheſe ſepulturam iis non concedi tradit
in *Notab. jurid. hiſtor. polit. vos. Begräbnis*; cum tamen in *In-
ſtrum. Pac. cap. 5. §.* Sive autem Catholici ſive Auguſtana confeſſio-
nis fuerint ſubditū &c. dicatur: *multo minus publicis camiteriis ho-
noreve ſepultura arceantur, aut quicquid pro exhibitione funeris à
ſuperſtitibus exigatur, præter cujus parochialis Eccleſiæ jura pro mor-
tuis vendi ſolita, ſe in his & ſimilibus pari cum concivibus jure ha-
beantur equali juſtitia protectioneque tuti.*

XXVII. Q. Nam Pater Auguſtana confeſſioni addictus filium
ad

ad castra pontificiorum secedentem tanquam hereticum exheredare
queat? Equidem ex *Nov. 115 c. 3.* constat, quod pater filium hæ-
reticum exheredare possit. Jam autem Catholicam religionem es-
se hæresin, Nosstrates Theologi pluribus deducunt. E. Verùm lo-
quimur hæc de hæreticis politicè consideratis, qui tales dicuntur,
qui novam sectam, extra Religionem, quæ in Republica, ubi vi-
vunt, habetur, proprio motu eligunt. Jam verò Tres hæ reli-
giones, Romanensis, Lutherana & Calviniana pragmaticis san-
ctionibus in Imperio tolerantur, & ad quamvis liber aditus e-
jusque liberum est exercitium, imò in Instrumento Osnabru-
geni *art. 7. §. liberæ 11. in fin.* utriusque religionis focii in verâ
amicitiâ & Christiana charitate, pacificè, & comiter invicem
cohabitare jubentur. Quæ autem esset religionis libertas, quæ
concordiâ & christiana charitas, si liberi ob religionem à bonis
& hereditatibus paternis excluderentur, Stephan, *ad d. Nov. in
fin.* ubi distinguit inter *hereticum theologice & politicè* (ex constitu-
tione politica) consideratum; & dicit, posse aliquem verè hæreti-
cum esse *quoad actus divinos*, sive articulos fidei, qui tamen quo-
ad *actus civiles & politicos* non habeatur pro hæretico. Idem penè
Judicium esto de quaestione: *Num conditio: si Pontificiam religio-
nem amplexus fuerit, in hereditatibus vel legatis consequendis pro im-
possibili, & sic pro non adjecta habeatur?* Scilicet conditionem istam pie-
tati legatarii esse contrariam. Nemo enim negabit, maximo-
pere conscientiam legatarii lædi, si claritatem istam verbi divini
semel agnitam desereret, & contra Religionem, quam veritati
celesti è diametro adversantem hæcenus cognovit, non sine le-
vitate arriperet. Est ergo ceu impossibilis & pietatem lædens
*l. 15. ff. d. condit. institut. pro non scripta habenda l. 1. l. 8. l. 9. l. 14.
ff. eod. huc facit l. 5. C. d. instit. & subst. ubi Imp. divortii condi-
tionem, ceu turpem bonis moribus adversam, remittunt, ac
penitus observari nolunt. Quantò magis igitur conditio di-
vortii spiritualis remittenda erit? & hanc conditionem tan-
quam juri publico adversam pro non adjecta agnoscendam esse
plurimi defendunt, uti Befold. *in delib. lib. 5. tit. 2. c. 27.* Idem
lib. 2. polit. c. 1. n. 42. v. 4. Cran. *d. pac. relig. part. 2. probl. 2.* in ean-
dem sententiam pronunciarunt Jc'i Lipsienses teste D. Carpozio*

vio dec. 39, D. Struve exerc. 39. th. 50. D. Strauch. diff. 10. th. 1.
Ita olim Georgius Dux Saxoniae Henrico Alberti filio per legatos
successionem sub conditione apostasiae obtulit. Henricus
autem responso pietatis plenissimo hereditatem conditionatam
recusavit. Legatis nondum domum reversis corporis compagibus
Georgius exclusus est. Ad Henricum hereditas ab intestato
translata, primum omnino pietatis, quantum maxime repudiando
spem successionis à Legatis Georgii sub conditione apostasiae
oblatam testabatur. Cran. d. l. De questione: Num pacta familiae
inter illustres personas institui possint, sub hac conditione:
Ut si quispiam ejusdem familiae à fide Catholica defecerit,
successionis incapax sit, aliqua annua portione tantum eidem
ministrata? Negantem vid. Syring, d. pac. relig. 16. 45. Affirmantes
verò Dillingenses in comp. pac. c. 6. qu. 48. n. 171.

XXVIII. Tandem cum Pax Religionis Augustana, nec non
Osnabrugensis Pacificationis instrumentum futurae omnimodae
concordiae religionum mentionem faciat; Quæri potest: Num ergo spes
superfit Concordiae religionis Papisticae & Lutheranae? Respondet
D. Calovius in tractat. d. natur. & indole pac. religiof. augustan. § 58. curentur modò contraria contrariis,
anathemata Tridentina cum commentitiâ Papæ infallibilitate &
autoritate Hildebrandicâ, tollantur, ne cogamur credere, quæ
ad fidem non pertinent, scandala insuper & irritationes remo-
veantur, non impossibilem fore conciliationem. Sic etiam sentit
Dn. Burgoldensis ad Instrum. Pac. p. 2. disc. 3. Mea, inquit, hæc est
sententia; Consilium compositionis quo ad Pontificios nunquam
in effectum deduci posse, quamdiu Papa Hieromonarchiam suam ri-
gide ut hætenus, ita porro exercere pergit, & Jesuitæ regnum in
Catholicorum animos exercent. Equidem non desunt Scriptores,
qui de mediis Concordiæ scripsêre, utpote Goldast. Poli. Imper-
rial. part. 29. D. Meyfart. dissert. de Concilianda Pace inter Ecclesias
per Germaniam Evangelicas. D. Georg. Calixt. d. controversiis
Theol. quæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, & de mutua
partium fraternitate atque tolerantiâ. Johann. Semann. qui in eo
libro Methodum Pacem Religionis in Europa, & fidei unitatem conse-
quendi toti Imperio offert. Et novissimè Anonymus quidam
edidit

didit Memorabile Primum de Religione Imperiali ubi cap. 6. de modis in eunda in discordi religione Imperiali concordia & cap. 7. de Idoneis religionis Imperialis Conciliatoribus agit. Sed de hisce omnibus quousque admitti possit unum vel alterum vel rejici, judicent Theologi cordati & Jcī. Compertum habemus viros magnos de utraque Republica benè meritos ob data ad concordiam consilia apud multos malam iniisse gratiam. Si dicendum, quod res est, Concordia Religionis nihil magis obstat, quam studium contradictionis & disputandi prurigo. Cavendum ergo est Principi & Ordinibus, ne disputationes & altercationes in causa religionis sint frequentes:

Nam servare modum laus est; nimiumque movendo

In dubium trahitur religiosa fides.

inquit Durus de Pascolo in *Aulic. polit. aphorism.* 289. Priscis Germanis sanctius & reverentius vilius de actis Deorum credere, quam scire, Ad quæ verba Berneggerus ita commentatur: *Infelicitatem seculi nostri, & aversa a concordie studio ingenia; cum aliis, tum hoc maxime cognoscimus argumento, quòd in religionis negotio, quæ fidem tamen, non rationem Ducem habet, ratiocinatio inculis & sermonibus syllogisticis, velut verba & pascuis armenta, omnes inhiant, quodque opificibus etiam effusa sunt arcana Theologie. Et illi, qui de re clã fide ambigui sunt, & qui nec, quomodo credendum sit, sciunt, nec, quid sit illud, quod credere se dicunt; illi, inquam, & foras, & portricus, & theatrã omnia theologiã compleverunt.* Et hodie, si civitas aliqua est inquit Dn. Felvinger. *l. c. th.* 19. ubi homines sunt unius fidei & religionis, debent in pietate & moribus informari; quæ informatio non requirit controversias, cum articuli fundamentales possint ex Scripturis exponi, non adductis adversariorum argumentis: Istiusmodi enim argumenta adversariorum potius ingenia auditorum turbant, quam informant, dubia reddunt, non confirmant, cum illarum controversiarum capacia non sint. Catechesis exponatur, non disputetur; Debent enim concionibus reddi meliores, non doctiores; Si verò in civitate plures unã Religione sunt, inquirendum est, an utraque pars faciat fidelis pastoris officium, hoc est, Auditores suos nullã controversiarum factã mentione, pascat solo Dei verbo, & morum emen-

emendationem curæ habeat: an altera pars sit contentiosa, ita ut suis disputatoriis concionibus alteram quoque partem in sua castra pertrahere conetur. Si prius, disputandum non est: Si posterius, Pastor quidem pro concione controversias tractare poterit, sed modestè, vid. Sigismund. Freiburger, in *German. perturbat. part. 2. disc. 18. p. 191.* & tantum juxta fundamenta, non juxta subtilitates non necessarias: Multa enim nobis intercedunt cum adversariis, de quibus tamen plebs informanda non est, cum captum vulgi transcendant. Just. Sinold, cogn. Schüz *colleg. publ. de Stat. Rei Rom. vol. 2. disp. th. 13. lit. E.* Hinc vere in rem presentem loquitur Dn. Eitel, Frider. von Heerden in der Grundfeste des Reichs p. 226. hoc modo: Es ist kein Zweifel/wen die Verbitterung die Wahrheit nicht recht zuersehen oder zuerkennen) beiseit gesetzt werden solten/es werde sich durch Gottes Hülffe dahin schicken/das man auch in den Religions Streitigkeiten selbst möchte etwas näher zusammen treten/Etenim quam peniciosum sit, è suggestu hæreticorum opiniones tam odiosè & cum affectibus recentissime, emendare, ad lapidem lydium revocare, refutare, & quam pessimas ex eo nasci & periculi plenas multarum rerum occasiones hæc genus, prohdolor, experientia satis superque testata est. Si verò pio affectu, leniter, modestè verum proponatur, absque amarulentâ & authoritatis Ecclesiasticæ contentu, fore, ut hæc disputationes admitti possint; sin autem fastus aut malevolentia quadam hisce contineatur, non possunt firmæ ac diuturnæ esse Arumæ. *jur. publ. rom. 5. disp. 3.* Præponderet ergo apud omnes Theologos in posterum nullus propriæ gloriæ amor (quanquam errori agnito valedicere ingens gloriæ est, non opprobrium) sed amor & conatus divino gloriæ amplificandæ & humanæ salutis procurandæ, & dilectio omnibus illis debita, qui Christum verum & unum cum Patre & S. Spiritu Deum, verumque hominem, suumque redemptorem & servatorem esse agnoscunt & inculpate vivunt, sicut eam fidem servatos vivere oportet, uti vovet Additionator ad Burgoldens. *discurs. in Instrum. pac. p. 2. ad discurs. 1.* Et ut cum Dn. Burgoldens. p. 2. *disc. 3. in fin.* concludamus hoc caput, dicimus: Etiam si forsitan speran-

pa non



da non fit unio religiosa inter Catholicos & Evangelicos, bene tamen est, quod prohibitis investivis orationibus (per *Instrum. Pacis art. 5. §. 17.*) civilis saltem concordia coli, & pax religiosa nihilominus firma ac perpetua manere debeat, Ita enim expressè in Recess. August. d. ann. 1555. §. und nachdem est cautum: Wo die Vergleichung durch die Wege des General Concilii, National Versammlung / Colloquien, oder Reichshandlungen nicht erfolgen werde; solt alsdenn nicht desto weniger dieser Friede stand &c. bey Kräften bis zu endlicher Vergleichung der Religion und Glaubens-Sachen stehen bleiben. Id quod etiam confirmatur in Instrumento Pacis art. 5. §. 3. Addatur D. Conringii *de pace perpetua inter Imperii Germanici ordinis religione dissidentes servanda lib. 2.* Adveniat tandem illa dies, qua depulsis nebulis, & positis odiis, Ephraim & Juda liberè cultum in agro Domini purum, ille arando, hic occando exerceant, & Ephraim non invidet Judæ, & Jehuda non agat hostiliter contra Ephraim:

*Proles parentis optimi,
Et par parenti maximo,
De luce verà vera lux,
Veras de Deo Deus,
Dissolve litis vincula,
Adstringe pacis fœdera,
Ne litis horror insonet,
Exstingue flammam litium!*

CAPUT II

DE

CONCORDIA DISCORDANTIS JUSTITIÆ

SUMMARI A.

- I. Pro diversis Resumpubl. speciebus diversam induit naturam Justitia. II. Quomodo Imperii administratio ad modum Germaniæ se habeat. III. Electores aliique Germaniæ Principes et Status præter Jura Communia in terris suis recepta leges

leges promulgandi & contrarias abrogandi habent facultatem
VI. Pro diversa in territoriorum in Germania utilitate diver-
sa sunt jura. VII. In terris Statuam non sola Statuta sed et
iam jura communia attendenda sunt, VI. Referuntur exem-
pla: Quid circa Sponsalia & Nuptias obtineat. VII. Potestat.
Patriam. VIII. Tutelam & Curam. IX. Acquisitionem domi-
nit. X. Res Incorporales. XI. Ultimas Voluntates. XII.
Successionem ab intestato. XIII. Contractus. XIV. Delicta.
XV. Processum. XVI. Feuda. XVII. Jus quoque non scri-
ptum diversitatem iustitiae inducit. XVIII. Mentio fit discor-
dia in pronuntiatione sententiarum.

TH. I.

Pro diversis Rerumpublicarum speciebus diversam induit
naturam iustitia; & leges conduntur atque introducuntur
in Rempublicam prout necessitas & utilitas ejus id exigit.
Nihil enim ita stabile inter homines esse potest, quod nullam pa-
tatur mutationem Justin. in Nov 7. c. 2. nec temper & ubique uti-
le est, quod aliquando & alicubi utile fuit, imò quemadmodum
ipsa respublica populi ingenio accommodanda est, vid. Warem.
ab Ehrenberg. d. fœderib. c. 1. Bodin. in method. histor. c. 7. ita eò ma-
gis leges, quæ sunt vinculum & nervi Reipubl.

II. Vix autem alius Imperii administratio ad modum Ger-
manici se habet, in quo duplicis Reipublicæ, Superioris in uni-
verso imperio, & Inferioris in singulis regionibus justa facies ap-
paret. Nam Imperator unà cum Senatu Imperii Ordines, Ipsi
autem Ordines singulos homines privatos sibi subjectos habent.
D Ludolph Hugo in dissertat. d. Statu regionum Germania & regim.
princip. summe imper. Reipubl. annul. cap. 2. th. 8. Id quod ipse
Thuanus lib. 2. histor. fatetur, Huic, inquit, Reipublicæ Germa-
nicæ ex tot Principibus tam in Germania, in qua, ut explicavimus, ju-
risdictioni Imperiali subsunt, quam extra Germaniam ad Imperium
pertinentibus, tot Civitatibus, adde etiam federatis populis composita,
quid in omni antiquitate conferri possit, non video. Scilicet, quem-
admodum in Imperio nostro Leges universales, non nisi eum ad-
probatione Statuum Imperii feruntur Buxtorff ad A. B. th. 6. lit.
E. ut exinde non incommode dixerit Limnæ. lib. 9. jur. publ. cap.
12. n. 107. posse Imperatorem solum leges condere, sed non so-
lum;

lüm; adeoque suprema hæc potestas Imperio, h. e. Imperatori ac Statibus conjunctim competit, debitâ tamen reverentiâ Capitâ tributâ, quod potiores partes in Legislatione obtineat Schonborn. *5. polit. n.* Ita potestas Principum Ordinumque Imperii, quâ territoria administrant, analogiâ quâdam summæ potestati civili respondet, ac Statibus Imperii jus est, leges & jura provincialia promulgare, contrarias abrogare & jura communia inconsulto Imperatore tollere Reink. *d. reg. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 9.* Quales leges tantæ autoritatis, ut Camera Imperialis secundum eas pronuciare debeat, Ordin. Camer. *part. 1. tit. 56. ibi: Nach redlichen/erbaren/ und ländlichen Ordnungen/ Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthumen/ Herrschaften und Gerichte vid. Mynsing decad. 1. respons. 9. n. 19.* En concordiam discordantis justitiæ!

III. Hinc Electores aliique Germaniæ Principes jure Superioritatis in ditionibus suis leges promulgandi & contrarias abrogandi habent facultatem, vid. Knichen. *d. jure territor. c. 1. n. 179. & 367.* Reinking. *d. reg. secul. & eccl. lib. 1. ch. 5. c. 6. n. 7.* Besold. *in thesaur. pract. voc. Gesatz.* De Civitatibus autem nondum res adeo expedita est. Distingvunt hic quidam, ut Mynsinger *resp. 13. n. 10. dec. 2.* Caspar Klock. *d. contribut. c. 5. n. 4. & seq.* Civitates in Imperiales, Provinciales & Mixtas. Imperiales iterum sunt vel absolute Imperiales, Reichs-Städte/ vel liberae Imperiales Frey Reichs-Städte/ quocunque autem modo considerentur, immediate imperio sunt subjectæ. Provinciales autem sunt Principibus aliisque territoriorum Dominis ac Statibus subjectæ. Mynsinger. *d. resp. 13. n. 10.* Mixtæ dicuntur, quæ partim Imperatorem & Imperium, ratione regalium, privilegiorum & exemptionum immediate recognoscunt; partim verò certis conditionibus & pactis Duci, Principi, Marchioni, Comiti alicui, vel aliis Statibus, in quorum sitæ sunt territorio, vel quibus vicinæ, parent, Bocer. *d. collect. c. 4. n. 26.* De Imperialibus Civitatibus, quin in suis ditionibus speciales leges condere possint, non est quod dubitamus, Ruland. *d. commissar. part. 2. l. 5. c. 4. n. 4.* Mixtæ sunt secundum Mey. *part. 1. ad Jus Lubec. qu. 2. n. 38. libertatis atq; subjectionis capaces.* In causis itaque & casibus quibus

bus de civitatis exemptione à territoriali superioritate quaritur, idem de istis quod de Imperialibus dicendum est civitatibus. Civitates Municipales seu Provinciales jura localia vel statuta, utilitatem municipii concernentia, *Städtrecht* facere possunt, *l. fin. ff. d. alb. scrib.* modò nec pietati, rationi naturali aut jurisdictioni Principis repugnent *§. pen. Inst. d. J. N. G. & C. c. 16. X. d. major. & obedient. l. 3. ff. d. alien. jud. mut.* neque Dominus territorialis jus municipii ex consuetudine immemorabili quaesitum cassare potest; sed illud tantùm vel per contrariam consuetudinem vid. gloss. in *l. 123. §. 1. ff. d. R. J.* vel per pragmaticam sanctionem imperialem tollitur *auth. omnes peregrini C. comm. d. success.* ut de Consuetudinibus, si sint rationabiles, nil dicamus, quæ etiam obtinent, ac legibus derogant, imò eas abrogant *§. penult. Inst. d. J. N. G. & C. l. 32. §. 1. ff. d. leg. cap. ult. X. d. consuetud.*

IV. Ex hisce præmissis constat, quòd pro diversa territoriorum in Germania utilitate diversa sint jura, & consequenter justitia non unimodè administratur; ita ut quod in hoc territorio obtinet & justum est, in alio non valeat, atque pro injusto habeatur. Sic discordantem esse justitiam in Germania, & tamen concordiam in eo, ut etiam in judiciis & supremis curiis juxta istam diversitatem pronuncietur, ita ut positâ istâ hypothese si æqualibus æqualia, inæqualibus inæqualia tribuantur. *Polit. 6. 8.* Quoniam verò in antiloquio præmissimus, nos non tam per præcepta quàm exempla materias hasce tractaturos, id, uti in priori factum, etiam in hac observabimus, methodum Institutionum Imperialium sequentes, simulque monstrantes in diversis Germaniæ territoriis circa unam eandemque rem magnam esse jurium discrepantiam atque discordiam.

V. Sunt autem in territoriis Statuum Germaniæ non sola Statuta & jura particularia, sed communia quoque jura attendenda, quæ vocantur *Cæsareum & Canonicum*. Illud est vel Justinianicum vel aliusmodi, quàm Justinianicum, utpote quod post Justinianum alii Imperatores & Reges condiderunt. Quod jus attinet *Justinianicum*, illud auctoritatem in Germania hucusque obtinet, ut qui lege nititur Justinianea, licet eiusdem observantiam

tiam non probet, causam tamen tamdiu fundatam habeat, donec
adversarius ius posterius monstraverit contrarium D. Lauter-
bach. *concl. forens. exerc. 1. th. 1.* Nec tamen illud simpliciter vim ju-
ris communis constituit, sed tunc demum, quatenus ei specialiter
alicujus loci Lege, Statuto, Consuetudine aut Recessibus Impe-
rii non derogatur, prout probat *Ordin. Judic. Aul. tit. 1. §. 1.* Und
weill denn/ in verbis: Zuförderst unserm Röm. Keyserl. Wahl-
Capitulation Reichs- Abschied / Religion- und Prophan-Frie-
den/ und dem jüngsten Münster- und Schnabruggerischen Friedens-
schluß/ nach Ausweisung des 17. Art. §. 1. & 2. Wie auch jedes
Stands/Lands/ Orts und Gerichts / sonderlich die gebührliche
allegirte/ und probirte Privilegia, gute Ordnung- und Gewohn-
heiten/ und in Mangel derselben die Keyserlichen Rechte / und
rechtmäßige Observationes und Gebrauch in acht nehmen / und
nach denselben ihr Decreta, Bescheid und Urtheil richten etc.
Hinc communis regula recepta, quod deficiente speciali statuto
aut consuetudine observandum veniat id, quod est juris com-
munis teste *Mev. p. 7. decis. 255. n. 4. & ad Jus Lubec. q. pral. 7. n. 39.* Jus
Canonicum quod attinet, id in quibusdā causis, ecclesiasticis scil.
& quæ conscientiam atque processum judicarium concernunt
à Rittershus. *in proem. differ. jur. civil. atque canon. & D. Strauch.*
dissert. ad Jus Canon. 1. th. ult. relatis, si pietati & æquitati non re-
pugnat, etiam in Imperio nostro, imò in Protestantium foris præ-
fertur teste D. Lauterbach. *concl. for. exerc. 1. th. ult.* & quidem
penes nos receptum est, non ob autoritatem Ecclesiæ Romanæ,
sed vi longæ consuetudinis, ususque Judiciorum, ut illis in par-
tibus eos solummodo obliget, in quibus observantiâ fori com-
probatum est, Henning. *Rennem. d. princip. jurispr. Rom. Germ.*
disp. 8. th. 30. Quid, si sit discordia inter hæc duo jura, an *Civile,*
an *Canonicum* sequendum? Jus Civile Canonico præferri cense-
mus, in primis si Jus Canonicum contra Civile aliquid statuerit;
Si verò casus in jure civili expresse decisus non sit, Jus Canoni-
cum legis vim & vigorem obtinet, Reink. *d. reg. sec. & eccl. lib. 2.*
class. 2. c. 7. n. 13.

VI. Circa *Sponsalia & Nuptias jure communi* in secundo
gradu lineæ collateralis æqualis nuptiæ sunt permixtæ, ita ut Pa-
trues

trueles & Confobrini matrimonium contrahere possint. §. 4. *Inst. nupt.* quod nec juri divino adversatur, testibus exemplis permissionis in Jacobo & Rachaele *Genes. 29.* ita in multis Imperii locis idem permissum est. In terris verò Pontificiorum non permittuntur *c. non debet. X. d. consangu. & affinit.* In *Electoatu Saxonico* prohibita sunt ejusmodi nuptiæ *Churfürst. Sächs. Kirchen-Ordnung tit. von Ehesachen rubr. welchen Personen.* In gradu tertio lineæ æqualis ubi Jus Pontificium obtinet, non licet contrahere matrimonium. In terris *Saxonis*, nec non *Norimberge, Argentina & Lubeca* licet. *Churfürst. Sächs. Kirchen-Ordnung d. l. D. Sachs de dispensatione th. 277. Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 1. art. 9. n. 14.* In terris Pontificiorum inter *Patrinum* seu *Suceptorem*, & *Alumnam* seu *Baptizatam* non subsistit matrimonium propter cognationem spiritualem, quam ex hac susceptione oriri statuunt *tit. d. cognat. spirit. id quod de jure civili quoque obtinet l. 26. C. d. nupt.* In terris verò *Protestantium* inter eas personas matrimonium, cum illud nec juri divino refragetur, omnino subsistit *Schneidev. ad tit. Inst. d. nupt. cap. d. illicit. nupt. n. 14. Chemnit. in loco de conjug. tit. d. duplici prohibet. Philip. ad Inst. tit. d. nupt. eccl. 62.* De *Jure communi* ob errorem divitiarum sponsalia rescindi non possunt *c. 1. c. 29. q. 1. D. Gerhard. in loc. theo. tom. 7. d. conjug. §. 105.* De *Jure verò Hamburgensi* sponsalia propter errorem fortunæ possunt rescindi ante copulam sacerdotalem & carnalem *tit. 11. art. 7.* *Secunda* nuptiæ *Jure civili* indistincte post annum licitæ sunt, & quidem nullo prævio vel liberorum vel propinquorum consensu *l. foemina 3. §. auth. seq. C. d. secund. nupt. In Imperiali verò Lubeca* tam viduus quam vidua ignorantibus liberorum suorum propinquis & defuncti defunctive conjugis heredibus, divisione cum iis nondum facta, ad secunda vota transire non possunt *Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 2. & 29.* ibique *Mevius*, ubi argumenta eorum, quibus iniquum hoc jus tenetur rationes reddere liberis suis, ita ut plenissimam habeat potestatem utendi fruendi rebus, quæ filio familias obveniunt, *Jure Lubecensi* Pater eo casu tenetur reddere rationes *art. 21. d. 1.* ibique *Mevius*.

VII. *Patria Potestas secundum consuetudinem Germaniæ* solvitur, quando cum parentum consensu nubunt vel ducunt uxores Besold. p. 2. conf. 44. n. 4. Quod de filia secundum jus Saxonicum non habet dubium, quia ipsa statim peractis nuptiis in potestatem & tutelam mariti cum omnibus suis bonis transit. Landrecht. lib. 1. art. 31. De filio dubitant nonnulli, imprimis cum adhuc non constet, an ista consuetudo Germaniæ saltem sit certa alicujus provinciæ, num universalis? De hac non posse intelligi Cameralis sententia in causa Comitis à Lowenstein anno 1787. publicata in contrarium est apud Coler. part. 2. decis. 222. n. 2. quod etiam urget Frantzk. ad L. Gallus 29. ff. d. posthum. disp. 1. membr. 3. n. 21. Gilken p. 3. c. 3. n. 38. In terris Saxoniciæ filius, etiam si contraxit matrimonium, quamdiu in ædibus paternis subsistit à potestate patria non liberatur; Aliud est, si ducta uxore separatam familiam habere incipiat Carpzov. p. 2. c. 10. def. 3. Philip. ecel. 77.

VIII. *Tutor in terris Imperii regulariter à Patre datur* in testamento liberis, qui aliis præfertur §. 3. Inst. d. tutel. In nonnullis verò locis, uti *Lubeca*, Pater non solum ultima voluntate, sed & dum vivit, & ad nuptias secundas transit, & liberos à se separat, liberis dare debet tutores *Jus Lubec.* lib. 1. tit. 7. art. 1. ibique Mevius n. 8. *Jure communi* Creditor & debitor non potest esse tutor etiam testamentarius Nov. 72. c. 1. & authent. minoris debitor C. qui dar. tutor. aut curat. poss. D. Eckold. ad ff. tit. d. tutel. *Jus Lubecense* verò non prohibet debita & credita inter pupillum & Tutorem; sed cavet pupillorum utilitati & securitati, dum vetat illorum pecunias in usus convertere priusquam ex bonis immobilibus pro sorte & usuris sufficiens cautio exposita sit Mev. ad *Jus Lubec.* lib. 1. tit. 7. n. 8. *Jure communi* finitur tutela in masculis 14. in feminis 12. anno pr. Inst. quib. mod. tut. & quidem ipso jure sine ullo facto hominis, & in *Electo ratu Moguntinensi* potest se tutor à munere tutelæ post pubertatem pupilli exonerare vid. des Unterrichts Ordnung des Erbt. Stiffts Mayntz tit. von Curatoren vers. 1. Alt. *Jure Bavarico* id non servatur, vi siquidem ejusdem juris Tutor curatellam suscipere cogitur Joh. Franc. Balthasar pract. resol. tit. 1. resol. 5. n. 6. in fin.

Fran-

Francofurti ad Menum in vero erneuerten Reformation part. 7. tit. 3. §. 7. optimè dispositum est: Wären nun Kinder zuvor mit tutoribus oder Vormunden versehen &c. & §. 3. doch sollen sie zusehenderst. Jure *Lubecensi* tutoris officium post pubertatem durat, & tutela in curam ipso jure quasi transfunditur, *jus Lubec. d. l.* Jure *communi* femina contractus, excepta fidejussione ob SC. Vellejanum, absque curatoris consensu inire potest, *l. 62. ff. d. legat. 3. §. l. 20. ff. d. rit. nupt.* In *ditionibus* verò nonnullis Germaniæ mulieres sine curatore planè nihil peragere possunt. Sic in *Saxoniâ* omnes omnino mulieres sine discrimine curæ subjiciuntur *Landrecht l. 1. art. 41. 42. §. 46. l. 2. art. 63. l. 3. art. 39. Lehrecht c. 68. n. 14. Weichbild. art. 26. c. 29. Constit. Elector. Saxon. p. 2. c. 15.* In *Marchia Brandenburgensi* feminis curatorem dari ad actus judiciales exercendos testatur *Frider. Pruckman. cons. 43. n. 192. Schepliz. in comment. ad consuet. Brandenburg. p. 3. tit. 6. §. 1. n. 2.* In Ducatu *Württembergico* idem affirmat *Wibel. d. contract. mulier. & de plurimis Civitatibus liberis Imperialibus nec non Hanseaticis pronunciat Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 4. §. tit. 10. art. 1. n. 7.* De *jure communi* tutores & Curatores illorumque heredes ad triginta annos ad rationes reddendas conveniri possunt *l. 1. §. 23 ff. d. tutel. & ratiõ. distrah.* Statutis verò *Hamburgensium* statuitur, quòd pupilli finita tutela vel cura, si domi fuerint, à suis tutoribus & curatoribus rationes ac bona sua sine mora petere debeant, & si finita tutela ac cura biennii spatio scientes rationes non petierint, quòd tunc tutorum ac curatorum heredes illis reddere rationes non necesse habeant *part. 3. tit. 6. art. fin.*

IX. *Rerum Dominia* acquiruntur alio modo de *jure communi*, aliter de *Jure Statutario*; Sic *jure communi* quilibet, cui *jus venandi* competit, intra præscriptos sui foresti terminos se continere debet, *arg. si mater. §. si quis iter. ff. d. excepti. rei judic.* Si secus fecerit, rectè pignora capiuntur *Gail. d. pignor. c. 1. in pr.* Verùm in multis *Germaniæ locis* inter venatores & saltuarios receptum est, ut liceat feram vulneratam (welche schweift) extra saltum vel sylvam, ubi quis *jus venandi* habet, 24. horis, uno cursu non intermisso persequi, *Ruland. d. commiss. lib. 2. p. 4. c. 8. num. 48.*
Wehner.

Werner. *practicar. observat. verb. Forstrecht.* Quoad occupa-
tionem apium de *Jure communi* earum examen eousque no-
strum esse intelligitur, donec in conspectu non, nec difficultis
ejus est persecutio §. 12. *Inst. de rer. div. & acquir. rer. dom.* De *Jure*
Saxonico aliter observatur, ut nimirum nova apium soboles e-
volans ad vicinum ipsi adquiratur, nec is eam teneatur restituere
domino persequenti per text. in *Weichbild art. 119. ibique*
Gloss. ordin. n. 10. & segg. Carpz. p. 4. c. 36. d. 4. n. 7. De *Jure com-*
muni expeditum est traditione nuda à Domino rei facta domini-
um in alium transferri, §. 40. *Inst. d. rer. div.* Secus autem est in foro
Saxonico in traditione rerum immobilium, ubi præter traditio-
nem, à parte alienatoris vel venditoris requiritur Abdicatio pos-
sessionis, & ex parte emtoris recognitio, quæ omnia coram
eo iudice, cuius jurisdictioni res tradenda supposita est, fieri
necesse est *Coler d. process. execut. p. 1. cap. 10.* De *Jure communi*
fructus industriales mortuo vasallo ante Calendas Martii, vel
post Augustum Domino vel successori feudi, defuncto autem eo
post Calendas Martii usque ad Augustum heredibus Vasalli ce-
dunt c. 1. §. *his consequenter.* 2. F. 28. *Carpz. p. 3. c. 32. d. 1.* *Jure Saxo-*
nico fructus ex semine à Vasallo rastris subactio nascentes, non
pertinent ad feudi successores, sed heredes Vasalli *gloss. ad*
cap. 6. in Lehenrecht. In provinciis *Thuringiacis* fructus vineæ si
vivente Vasallo maximus cultura labor, die *Hatze* sit absolutus
licet, in vineis opus sit ultima cultura die *Nuhr* genant / sunt he-
redis defuncti Vasalli *D. Richter. p. 1. dec. 56.* *Jure Communi* equus
furtivus propter vitium furtivitatis usucapi non potest §. 2. *Inst. d.*
usucap. *Jure Lubec.* aliter obtinet, ubi si post trinas alienationes
equum furtivum bonâ fide & iusto titulo acceperit, eum planè
possidet *lib. 4. tit. 1. art. 3.* Idem obtinet de *Jure Statutario Ham-*
burgensi tit. 14. art. fin. *Jure communi* res mobiles per triennium,
immobiles verò per longi temporis possessionem, id est inter
præsentis decennio, vicennio inter absentes *pr. Inst. d. usuc. l. un. C.*
usuc. transformand. Jura & actiones 30. vel 40. præscribunt *url. 3.*
4. C. d. presc. 30. vel 40. ann. De *Jure Saxonico* duæ reperiuntur spe-
cies præscriptionum regulares, Annalis scil. rerum mobilium, & in-
tricennalis cum augmento *Saxonico* rerum immobilium & in-

corporalium tam inter absentes quam presentes Landr. art. 29. lib. 1. ubique Gloss. Jure Lubecensi communiter obtinet prescriptio anni & diei, nisi ultra mare absentes sint, quibus longius spatium indulgetur Jus Lubec. lib. 1. tit. 6. art. 2. lib. 3. t. 8. art. 1. Itaque quoque tam res mobiles quam immobiles eiusmodi prescriptione gaudent lib. 3. tit. 6. art. 3. Jure communi Sponsa sponso futuri matrimonii gratia donare potest, nec Curatoris consensu indiget, arg. l. 4. §. 12. 16. C. d. donat. ant. nupt. Modò sit legitima ætatis. De Jure Saxónico & Wirtembergico id non licet, VVibel. d. contr. act. mulier. c. 3. §. 2. n. 36. Potest tamen de Jure Saxónico virgo vel vidua, quæ legitima est ætatis, sine Curatore res suas mobiles donare & alienare Carpzov. Jurispr. forens. p. 2. c. 15. d. 11. Jure provinciali Wirtembergico sponsalitiæ largitatem in sponsum sine Curatore non potest conferre Fürstl. Würtemb. Landr. §. ferner p. 2. tit. 29. Filiusfam. res adventitias regulares de Jure communi alienare & consequenter donare non potest l. 8. §. 1. pen. C. d. bon. quæ lib. Secus est de iure Wirtembergico, quo proprietatis dominus, adeoque filius, sine consensu patris usufructuarii res ex hac causa alienare potest Fürstl. Würt. Landr. d. l. tit. 31. §. und so iemand.

X. Rerum incorporalium & iurium diversa hinc inde conspiciuntur ratio. De iure communi possum in meo pariete fenestram facere, aliàs ubi ante nulla fuit, nec per 100. annos vel plures ibi consuevit esse, cum iuxta l. altius C. d. serv. C. aqu. quilibet ad libitum ædificare possit, etiam si noceat vicino l. 24. §. fin. ff. d. damn. infect. Jure verò Lubecensi nemo quid ædificare potest, unde vicino aliquid detrimenti existat, art. 7. lib. 3. tit. 12. Plura loca statutoria vid. in D. Præsidis dissertat. d. Inversitio prædiorum. De Jure Civili pater non mater habet usum fructum in bonis liberorum adventitiis, donec vivit §. 1. Inst. per quas person. nob. atq. Jure Electorali Saxónico mater non habet usum fructum, in bonis liberorum decis. Elect. Sax. 62. In aliis verò terris Saxonicis matri mortuo patre competit usus fructus, si liberis alimenta suppeditat, eorumque bona administrat D. Richter p. 1. dec. 18. n. 11. Jure Hamburgensi Pater habens usum fructum in bonis liberorum maternis, ubi ad secundas nuptias vult transire tunc

tunc ante aut spatio 4. septimanarum post conjunctionem de-
functæ matris dotem cum cæteris ejusdem bonis restituere, at-
que illos post ejus mortem cum secundi conjugii liberis ad suc-
cessionem suæ hereditatis in capita admittere debet *tit. 3. art. 4.*

XI. *Ultima voluntates* non solum juxta communem sed eti-
am localia jura facta valent. Jure civili rationis compotes qui-
que ob defectum vel conditionem personæ suæ non pro-
hibentur, testamenta facere possunt §. 1. *Inst. quib. non est per-*
miss. fac. testam. neque distinguitur inter sexum, ita ut fœminis æ-
que ac masculis liceat testari. Jure verò *Saxonico* fœminæ ma-
ritatæ jus successionis in bonis suis mobilibus cuiquam deferre
in præjudicium mariti nequeunt *Consit. Elector. 7. p. 3.* ut eo jure
constrictæ sint manus uxoris, ne ulla dispositione testameta-
ria maritum in successione mobilium turbet, quantumvis uni-
versum eius patrimonium in mobilibus consistat *Landrecht ibi-*
que Gloss. lib. 1. art. 31. lit. E. Frider. Pensold in add. ad Matth. Co-
ler. p. 2. concl. 286. n. 181. Jure *Lubecensi* testamenti factio adimi-
tur uxori, nisi Maritus in testamento condendi potestatem con-
cedat, *Jus Lubec. lib. 2. tit. 1. art. 14.* Jure *Wirtembergico* in ma-
sculis ac fœminis ut testam. facere possint, requiritur annus æ-
tatis decimus sextus *Wirtembergisch Landrecht p. 3. tit. 2. §. 2.* Als
anfangs vers Welches Alter wir hiermit aus bewegenden ursä-
chen unsern Unterthanen auff 16 Jahr gesetzt haben wollen / Ju-
re *Hamburgensi* masculi tum demum quando octodecim annos
compleverunt, fœminæ sive maritatæ sive virgines sint, cura-
torem debent adhibere *p. 3. tit. 1. art. 20.* Jure civili, basis
ac fundamentum testamenti est heredis institutio §. 34. *Inst. d. le-*
gar. Jure *Hamburgensi* testamenta, in quibus hæres scriptus non
est, valida ac firma habentur. *p. 3. tit. 1. art. 12.* De iure civili septem
requiri testes in testamento notum est; Jure *Canonico* coram duo-
bus testibus & parochio vel Presbytero testari quis potest. *cum*
esses. X. d. testam. Dispositio ista Canonica in provinciis *Saxoniciis*
quoq; quoad testamenta paganorum obtinet; Non tamen va-
let, quando coram tribus testibus saltem est conditum, inter quos
non est presbyter, licet duo Scabini pagani adfuerint, & præte-
rea Schultetus testamentum sigillo suo confirmaverit, vid. D.

Richter p. 1. decis. 28. per tot. Jure *communis* quilibet testamenti facionem habens non tantum de rebus sua opera vel propria industria acquisitis, sed etiam de bonis avitis & aliis iure hereditatis acceptis testamentum facere potest l. 1. C. d. 55. Eccl. & tot. tit. ff. & C. qui testant. fac. post. At iure *Hamburgensi* sine speciali heredum ab intestato venientium consensu de bonis hereditariis nemo testamentum facere potest, p. 3. t. 1. art. 4. & seqq. Jure *communis* ultima voluntas usque ad externum vitæ spiritum est ambulatoria, ut etiam legata ad pias causas relicta liberè revocari possint l. 4. ff. d. adimend. & transfer. legat. Jure *Hamburgensi* piis causis relicta certis in casibus revocari nequeunt p. 3. t. 1. art. 20.

XII. In hereditatibus ab intestato Jus *commune* differentiam sexus per *Novell. 118. c. 1. in fin.* planè sustulit, ut hodie masculi cum foeminis planè æqualiter succedant. Jure verò *Saxonico* Filii soli succedunt in rebus expeditoriis, quibus ad expeditionem militarem proficiscens habebat opus *Carpz. p. 3. c. 38. d. 25.* Filiarum causa potior est in rebus utensilibus, seu uti vocant in *Gerada Ludov. Fachs diff. jur. civ. & Sax. 21.* Statuto civitatis *Brunsvicensis* filius absens æquè succedit in rebus expeditoriis modo intra annum & diem veniat, easque petat, *Stat. Brunsv. tit. 21. rubr. von Heergewedde s. 1.* & si in alium locum transferat detractio tertiæ partis locum habet, *Stat. Brunsv. d. l. §. 2.* Jure *Lubecensi* singulare est, quod liberi separati, h. e. quibus coram Magistratu certa portio à parentibus assignatur, & ita infuturum à successione Parentum separantur, à successione excludantur, & portione sibi semel assignata contenti esse debent sive modica sive magna fuerit, Liberi verò non separati ius succedendi in bonis Parentum salvum habent; & si cum defuncti coniuge concurrant, ille dimidiam unam, alteram liberi capiunt *Jus Lubec. lib. 2. art. 2. & 3.* Jure *Hamburgensi* liberi, qui dotem à parentibus suis acceperunt, ac presentibus duobus proximis cognatis sponsaliorum tempore contenti fuerint, nisi expresse aliud cum reliquis suis fratribus actum, ad patris vel matris successi- nem non admittuntur *tit. 3. art. 2. & 7.* Jure *communis* Mater cum Patre pariter succedit liberis, nec sexus differentia inter ascenden-
tes

res locum amplius habet *d. Nov. 18. c. 3.* Jure *Saxonico* fingulare est quod aequalis illa patris & matris successio filia cesset quoad successionem Geradae Carpz. *p. 3. c. 31. d. 12.* Et si concurrant defuncti fratres germani, non succedunt, cum Ascendentibus, sicut hoc jure civili procedit per *d. Nov. c. 3.* sed collaterales tam à patre quam à matre excluduntur *Landrecht art. 17. lib. 1.* Jure *Lubecensi* singularia in successione Parentum occurrunt, vid. *Fus. Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 1. § 7.* Jure *communis* fratres & sorores germani simul ad successionem in capita succedunt *Nov. 118. c. 3.* Jure verò *Saxonico* sola soror in bona utensilia seu Geradam, frater verò in res expeditorias succedit, Berlich. *p. 3. concl. 24. n. 4. § 5.* & si soror non adsit, proxima cognata fratris praefertur, quod vice versa obtinet in rebus expeditoriis *Andr. Goldbeck d. success. gerad. rubr. d. success. et universal. n. 1.* Jure *communis* fratribus fratrum liberi concurrentes jure representationis succedunt in stirpes *d. Nov. 118. c. 3.* Jure *Saxonico* jus illud representat, planè non attenditur *Landr. lib. 1. art. 17.* quæ exclusi procedit in rebus allodialibus, in fendis verò jus commune observatur *Const. E. est. p. 3. c. 29.* Jure *communis* fratris filius Patruum defuncti excludit *d. Nov. c. 3.* jure *Saxonico* non excluditur, sed cum eo utpote in pari gradu constituta æqualiter admittitur *Carpz. d. l. d. 4.* In *Electoralibus Saxonico* patruus excluditur, Idem *d. 5.* jure *communis* Conjuges deficientibus collateralibus ad successionem admittuntur *L. un. ff. unde vir. & ux.* Jure *Saxonico* maritus regulariter omnia defunctæ uxoris mobilia capit, unde & heres mobilium dicitur *Berlich p. 3. concl. 24. n. 30.* modò post benedictionem sacerdotalem conscenderint thalamum *Landrecht lib. 1. art. 45. D. Richter decis. 19.* Jure *Hamburg.* mortuo patre, si mater ad secunda vota non abit, sed benè administrat rem domesticam, hanc necesse habet dividere bona; *tit. 3. art. 5.* si verò ad secunda vota transit, bona inter ipsam, & ejus liberos dividuntur, ita ut ipsa pro liberorum numero vel tertiam, vel dimidiam accipiat bonorum partem *d. art. 6.* Sic etiam uxore mortua maritus quoque ipse in certam succedit portionem *d. art. 8.* jure *Statutario Brunsvicensi* uxor, si pacta dotalia nulla extent, dotem illatam, donationem propter nuptias & Geradam precipit; & si liberi erant, pluresque sint quàm quatuor, vidua capit portionem *fi-*

sialem, si pauciores ad sint quam quatuor, uxor quintam partem capit, si liberi nulli extent, sed cum cæteris ab intestato successuris concurrat uxor, præter ea, quæ præcipua capit, in dimidiam bonorum mariti succedit, ita tamen, ut pro dimidia æs alienum solvat, *Statut. Brunsvicens. tit. 19. n. 1. & 2.* Jure *Nordhusano* superstes conjux non extantibus liberis heres est in mobilibus, in immobilibus saltem habet usumfructum *Statut. Nordhus. lib. 4. art. 6.* Cognatis tandem vel uxore non superstitibus hereditatem Jure communi occupat Fiscus *l. 1. §. 4. C. d. bon. vacant.* Jure verò *Saxonico* contra jus commune receptum est, ut quælibet Civitas vel Magistratus merum mixtumque Imperium habens simul jus succedendi in bona vacantia habeat *Landr. lib. 1. art. 28.* Eodem jure, licet alias bona Clericorum sine herede decedentium Ecclesiæ acquirant *l. 20. C. d. Episc. & Cler.* bona immobilia Magistratuum loci, ubi sita sunt, Mobilia verò non cedunt Magistratui oppidano, sed fisco Principis *Carpz. Jurispr. Constitor. lib. 3. tit. 1. def. 9. & lib. 6. respons. 4. 2. n. 5.* Eodem jure singulare est, quod si femina moriatur non relicta Cognatis s. per matrem junctis, Magistratus, ubi defuncta habuit domicilium, exclusis agnatis in generalis succedat *Landr. lib. 1. artic. 27.* Jure civili Orphanotrophium non excludit à successione consanguineos *§. 7. Inst. d. legit. agnat. success. l. 1. §. 10. & seq. ff. d. successor. edict.* Jure tamen *Hamburgensi* contrarium observatur, *tit. 3. art. 17.* ubi Statutum est, si Orphanus in Orphanotrophio educatus, in minorennitate obit diem suum, tunc omnia ejus bona (exceptis illis, quæ illi tempore, quo in Orphanotrophio fuit, aut accesserunt jure hereditario) non ad consanguineos sed ad Orphanotrophium perveniunt. *art. 17.* Circa hereditatem in alium locum transferendam hoc venit notandum. Quamvis jure civili vicesima hereditatis reprobata sit *Mey. ad Jus Lubec. p. 2. t. 2. art. 4.* Secundum tamen varia Statuta certa portio hodie detrahatur; In *Marchia* quindena recepta, dum decima quinta hereditatis pars detrahatur, *Joan Köppen decis. 5. n. 4.* vid. *Schepliz. ad constit. march. p. 3. tit. 8. §. 4.* *Ruding. singul. observat. cent. 3. obs. 80.* *Berlich. part. 3. concl. 11.* *Gall. lib. 2. obs. 36.* Et generaliter heres inventarium conficiens, si quid dolose celaverit vel subtraxerit, de jure communi

mani duplum rei illius restituere & hereditatis quantitati adji-
cere tenetur *l. fin. §. 10. C. d. jur. delib.* inventarii verò beneficium
non amittit *arg. d. l. fin* ibique Pérez. At Jure *Wirttembergico* hanc
ob causam legata præstare, omnèque *rs* alienum exsolvere te-
netur *Wirttembergisch Landrecht part. 3. tit. 22. §. pen. & conjux*
superstes privatione usufructus aliæque carceris vel pecuniaria
pæna punitur *Landr. p. 4. tit. 3. §. inmassen wir denn.* Jure *Ham-*
burgensi hæres dictam ob causam beneficium inventarii amittit,
& non obstante quòd inventarium confecerit, omnia debita &
legata hæreditas tanta non fuerit, ipso privatur usufructu *tit. 3.*

art. 7.
XIII. In contractu mutui, qui est stricti juris, jure *commu-*
ni, non debentur usuræ ex *mora l. 24. d. præscrips. verb. l. 2. C. d.*
heredit. pens. Jure *Hamburgensi* in mutuo loco interesse usuræ pe-
ti possunt *p. 2. tit. 1. art. 4.* Jure *communis* debitor non statim cum
sæpe paratus esse cogitur *l. 105. ff. d. solui.* sed regulariter ipsi ad
solvendum condemnato terminus 4. mensium datur, *l. 9. C. d. exe-*
cut. rei judic. Jure verò *Lubecensi* Reo primò 14. dies, deinde o-
giduum ad solvendum præfigi debet; intra quem terminum nisi
solvat, ante occasum solis aut fideiussores offerat, aut ipse reus
detineatur, *lib. 3. tit. 1. art. 1.* In *commodato* manet dominium pe-
nes commodantem, *l. 8. ff. commod. l. 20. d. acq. poss.* hinc si commo-
datarius res ad alium transtulisset, competit commodanti rei
vindictio contra quemvis detentorem *l. 9. ff. d. R. V. l. fin. §. 1. C.*
d. furt. Jure v. *Lubecensi* hoc singulare est, quod eo casu quando
commodatarius rem commodatam vendiderit donaverit aut a-
liter in qualemvis alienaverit, commodanti nulla in rem a-
ctio adversus possessorem datur, sed convenire oportet com-
modatarium ejusve heredem *Jus Lubec. lib. 3. tit. 2. art. 1. ibi-*
que Mevius. Idem obtinet de Jure *Hamburgensi* *tit. 2. art. 7.* De-
positarius de jure *communis* non tenetur ad rem depositam, si
casu ea amittatur, nisi latam culpam præcessisse ostendat depo-
nens, *l. 23. d. R. §. ibique D. Præses. l. 6. C. d. pignor. actio.* talis
enim culpa non præsumitur, sed probanda est, *Carpz. p. 2. c. 11.*
d. 26. Jure verò *Lubecensi* depositarius, quicquid furto, rapinâ
incendiis aliisque casibus fortuitis perierit, eam se diligentiam,
quam

quam propriis rebus tribuit, fideliter adhibuisse, aut suas si-
mul se amisisse iuramento debet asseverare *Jus Lubec. lib. 3. tit. 3. art. 1.* Idem est de *Jure Hamburgensi p. 2. tit. 3. art. 2.* De iure *com-*
muni periculum & commodum rei venditæ statim ad emitores
pertinet §. 3. *Id. empt. & vendit.* & ita pronunciari solet, *Richt. p.*
2. decis. 74. n. 33. Jure verò *Hamburgensi* rerum immobilium ven-
ditarum periculum tum demum ad venditorem pertinet, quan-
do prius venditor ius suum apud acta resignaverit, vel emtor
possessionem apprehenderit, aut aliud conventum fuerit *art. 13.*
tit. 8. De iure *communi* Venditor tenetur præcisè tradere rem
venditam, neque præstando interesse liberatur §. 2. *Inst. d. do-*
nat. Jure verò *Lubecensi* si res immobilis sit vendita solutione
decimæ partis pretii, si venditor tradere nolit, se liberare potest
Jus Lubec. lib. 3. t. 6. art. 18. Jure *communi* venditor emptori de
evictione fidejussoribus cavere haut tenetur *l. 4. l. 37. d. evict.*
Jure v. *Hamburgensi* rebus immobilibus venditis evictionis
nomine requiritur fidejussor *art. 6. tit. 8.* Jure *communi* singula-
ris successor non tenetur stare locationi ab Antecessore contra-
ctæ *l. 32. ff. & l. 9. C. loc. cond.* Jure verò *Hamburgensi* conductor,
si locator prædium urbanum durante conditionis tempore a-
lienaverit, jus suum, quod ad illam rem habet, usque ad tempus
contractus finitum integrum & salvum retinet *art. 13. t. 9.* Jure
communi fidejussor se tanquam principalem obligans, gaudet
beneficio excussionis *arg. l. 3. C. d. fidejussor.* Idque obtinet de *Jure*
Saxonico p. 2. c. 13. ibique *Carpz. d. 2.* & in Electoratu *Moguntinensi*,
uti colligitur aus der Reformation Ordnung an dem Churfürst-
lichen Maynzischen Hof und weltlichem Gerichte zu Mainz. Alt.
Jure *Virtembergico* isto beneficio non gaudet *Wirtenb. Landt.*
p. 2. tit. 5. §. Es hätten sich denn Idem obtinet in *Hessia, Fürstl.*
Hessen-Darmstadtisch. Landt. der Obergraffschafft *Sagen Elms-*
bogen p. 2. tit. 5. von Bürger Schaffen vers. und wiewol Idem
cavetur *Hamburgensi* Statuto *tit. 6. art. 7.* Olim in arbitrio erat
debitorum, an principalem, an fidejussorem convenire vellent
l. 3. l. 5. C. d. fidejuss. Quod postmodum mutatum consultamque
fidejussoribus eisque beneficium Ordinis sive Excussionis indul-
gum est, cujus vi prius debitor principalis conveniendus & excu-
cuti-

cutiendus est. *Nov. 4. c. 1. Authent. hoc si debitor C. d. pignor. & hy-*
polb. Jure verò Norimbergensi jus vetus observatur Reform. tit.
19. lib. 1.

XIV. *Delicta* in Germania non uniformiter puniuntur.
Et ut pauca exempla referamus, Jure *communi* Fornicatio
extra legis pœnam est *l. 13. §. 2. ff. ad L. jul. d. adult.* Ju-
re verò *Saxonico Electorali* scorta publica publicè relegan-
tur, vir fornicator carcere, vel pœna pecuniaria mulciatur,
illa verò, quæ publicè se non omnibus prostituit, meretricio
tamen more clam vivit, carcere, & si sæpius delinquit, relega-
tione punitur *p. 4. c. 28.* si uxoratus cum fœmina soluta sese
commiscet, virgis cæditur & in perpetuum relegatur *Santi. Cri-*
mina. art. 120. si conjugata, in monasterium perpetuum, si
vir eam intra biennium recipere nolit, mittitur *Nov. 134. c. 10.*
quod nec per sanctionem criminalem Carolinam *d. art. 120.* Hahn
ad *Wesemb. paratit. ad L. Jul. d. adulter.* nec in Jure *Saxonico com-*
muni mutatum, nisi quod loco detrusionis in Monasterium ho-
die in terris Protestantium ad scandalum penitus removendum
perpetua relegatio dicitur *D. Richter decis. 88. n. 42.* Jure
verò *Electoralis Saxonico* pœna adulterii ita exasperata est, ut in
omni specie sive simplex sit, sive duplicatum, sive cum fœmina
conjugata, sive soluta commissum fuerit, pœna sit ultimum sup-
plicium; & saltem soluta cum marito concumbens virgis cæsa
perpetuam relegationem sustineat *Ordin. prov. Elector. Mauriti*
d. anno 1543. & Constit. Augusti p. 4. c. 19. Contra verò Jure *Lube-*
icensi pœna adulterii capitalis non est, si enim conjux cum alterius
conjugæ adulterii reus confessus & convictus sit, una cum ea, cum
qua delictum perpetravit, coram judicio pœna pecuniaria puni-
tur. si utraque persona in bonis non habeat, unde multam 60
marcar. Lubec. solvere possit, publico ad commune exemplum
cippo insidere cogitur *Jus Lubecens. lib. 4. tit. 6. art. 2.* Jure
Hamburgensi maritus prima vice committens adulterium solvit
pœnam centum Joachimicorum, quos si non solverit, civitate
tamdiu carere cogitur, donec pœnam solvat; Secunda verò vi-
ce si deliquerit eadem pœna punitur, cum relegatione tamen.
Fœmina propter partus suppositionem aliquanto durius, nimi-
rum

rum si illam maritus retinere nolit, carcere vel fustigatione vel relegatione punitur, *Jus. Hamb. part. 4. art. 29.* Jure communi meretricem vi cognoscens à pœna mortis exemptus est *Sanel. Crim. art. 109.* Jure verò *Electoralis Sax.* mitiori pœna non afficitur qui meretricem, ac qui virginem honestam vi stupravit, capite enim uterque puniuntur *p. 4. c. 30.* Jure communi actio prætoria æstimatoria anno præscribitur *l. 5. C. d. injur.* Actio ex lege *Cornelia,* si illa civiliter agatur, triginta *l. 3. C. d. 30. vel. 40. ann. præscr.* si criminaliter 20 annis *l. 12. C. ad L. Cornel. d. fals.* Aliud obtinet jure *Electoralis Saxonico,* quod non tam ad diversa juris remedia quàm ad diversas injuriarum species respicit; ita ut atrociores reales, triginta demum annis præscribantur *p. 4. c. 46.*

XV. In ordine judiciario seu processu diversitas est in Germania judiciis. In foro communi sufficit, si causâ inserta reus in ea citetur, ut certa die compareat ad respondendum actioni contra eum ab actore institutæ *Clar. §. fin. qu. 31.* Jure *Saxon Electoralis* alternativè nemlich zur Güthe/oder in Entstehung derselben zu rechtlichen Verfahren/ *Constit. Elect.* Jure communi is cui juramentum judiciale deferatur, non ante tenetur id præstare, quàm adversarius juraverit de calumniâ, si id exigat, *l. 34. §. qui jurandum l. 37. ff. d. jurejur.* id quod in *Electoralatu Saxon.* obtinet *Ordin. Process. c. 18. §. Nachdem* Jure verò *Palatino* provinciali non exigitur præstatio juramenti calumniæ à deferente jusjurandum, sed præcise jurandi vel juramentum referendi necessitas est, cui delatum est, imponitur *Unter Gerichts Ordn. tit. 19. §. 1.* Idem obtinere de Jure *Lubecensi* asserit *Mevius lib. 5. tit. 8. art. 2. n. 12.* Jure communi Collegia & universitates per syndicum, modo speciale habeat mandatum, præstare possunt juramentum delatum *Hahn ad Wesenb. ff. tit. quod cujusque univ. nom.* Jure verò *Electoralis Saxonico* ad juramentum Universitatis nomine præstandum, syndicus non admittitur, sed tres vel quatuor è Senioribus & qui negotium optimè cognitum habent; ipsi illud præstare tenentur *p. 1. const. 13.* jure communi productio documentorum post terminum probatorium fieri potest *per cap. cum dilectus X. d. fid. instrum.* In *Electoralatu* verò *Saxonico* litigans, cui certus ad probandum constitutus est terminus, infra illum etiam

etiam instrumenta, vel illorum copias, producere tenetur, nec post terminum illa producens regulariter auditur *p. 1. c. 17. Jure communi* libellum mutare licitum est, usque ad litis contestationem Vultej. *d. judic. lib. 2. cap. 4. n. 199. Jure Electorali Saxon.* Actor post Gvarandam præstitam libellum mutare non potest, licet lis nondum fuerit contestata. *p. 1. c. 11. Jure communi* certus terminus probatorius non est constitutus, sed à judice definitur *l. 1. C. d. dilat. Jure v. Saxonico* certum temporis spatium, sex nempe septimanarum & trium dierum probationibus est præfixum *p. 1. c. 6. Jure communi* coram Notario & testibus tunc demum permittitur appellatio, quando judicis copia haberi non possit *Ordin. Camer. p. 2. tit. 29. §. 5. Jure Electorali Saxon.* hoc indistinctè permissum est. *p. 1. c. 29.*

XVI. *Jus feudale* in Germania variat, modò commune, modò speciale aliquod observatur. Sic *Jure feudali communi* Clerici & Monachi in feudis non succedunt *cap. 1. §. qui clericus 2. feud. 26. c. unic. feud. 30. c. un. sub fin. 2. feud. 36.* Idem obtinet de *Saxonico Sächs. Landrecht cap. 2. in pr.* Ast in *Electoral Saxon.* aliud constitutum est, ut Clerici, Canonici & alia Ecclesiastica persone à feudi successione non excludantur, quia hoc jure per substitutum domino servire possunt. *Const. Elect. p. 3. c. 28. Jure communi* si Dominus dejecit Vasallum, judicant Pares Curia, *cap. si contentio apud quem vel quos contror. 1. Feud. 18.* aut dejecit Vasallus Convasallum, iique vel sunt Capitanei & tunc Imperator est Judex competens *per d. cap. si conventio 1. Feud. 18.* aut sunt Vasalli Minores seu Valvasores, & tunc Dominus feudi seu Senior causam decidit *c. Imperialem §. 1. vers. præterea 2. feud. 55.* Ast *Jure Palatino Provinciali* neque Dominus, neque Pares Curia judices sunt, sed Judex Aulicus cum Assessoribus de ea re cognoscunt *iii. 14. von Lehen Sachen §. Es wäre denn.*

XVII. Discordantes inter se *Consuetudines* in Germania nostra quis omnes referat? Constat enim singulas fermè regiones, ditiones, territoria, civitates & vicos propriis uti consuetudinibus, quas tenaciter observant. Unde controversiæ multæ spinosæ mercaturæ, cambiorum, assurationum & c. negotia & causas concernentes non tam ex regulis juris communis aut na-

tura contractus, aut etiam alterius cuiusque curia stylo & consuetudine, quam observantia istius loci in quo lis movetur, decidendas scribit Nicol. Schaffhusen *d. affectur. th. 19.* & mercatores tum propter negotiationum utilitatem, tum verò locorum conditionem, temporum & rerum circumstantias à jure communi & vicinarum curiarum statutis sæpiusculè divortium faciunt, & per actus aliquot singulares in sua Borsâ consuetudinem introducere possunt, uti asserit Joh. Marquard *d. jur. merc. & mercator. lib. 3. c. 2. n. 5. & seqq.* Sic jure communi minores mercatores læsi restituuntur, de consuetudine verò non item, Mevius ad *Jus Lubec. lib. 3. c. 21.* De jure communi exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet inter Mercatores Stracha *in tract. quemad. in caus. merc. proc. d. except. n. 10.* Secus verò de consuetudine D. Taboe *d. alter. tant. p. 4. art. 5.* & ita practicatur Hamburgi *p. i. tit. 24. De consuetudine qui impetrat arrestum pignus consequitur Carpzov. p. i. c. 29. d. 17.* In nonnullis verò locis missio unius in possessionem prodest omnibus, id quod in fallitis adhuc obinet, uti Hamburgi cautum *p. i. tit. 17. §. 4.* ut omnes, qui arrestum impetrarunt sint, æquales *Norimbergæ* pecuniæ mercatorum in banco distribuuntur æqualiter *Bancordnung §. 10.* De jure communi mercator in nundinis conveniri nequit *Felin. in c. dilectus. n. 26. d. rescripti.* multo minus arrestari *Peck. d. jure sssend. c. 7. §. 2.* In *Lipsiensibus* certo in casu potest *Carpzov. dec. 216.* Mulier mercatrix de consuetudine non gaudet *SC. Vellejano*, ita ut ne renunciari quidem opus sit *Mæv. lib. 1. tit. 10. art. 2.* uti obtinet *Norimbergæ tit. 19. l. 5.* Mercatores focii, si omnes simul exercent mercaturam de consuetudine *Perez. ad C. pro socio. n. 17.* si in uno loco simul exercent, quid obtineat *Hamburgi* vid. *p. 2. tit. 16. art. 3.* In judiciis stylus Curia variat, & modo ita, modo aliter processus ratio instituitur, quo casu stylus Curia ultimus præprimis attendendus est *Joseph. Ludov. p. 2. decif. 96. n. 10.* Potest tamen stylus seu consuetudo judicialis, quæ est in una Curia Civitatis ad aliam quoque Curiam, sed ejusdem Civitatis extendi *Rochus de Curte d. consuetud. sect. 4. num. 17.* modo judicia sint ejusdem ordinis, secus si sint diverfi generis.

XVIII. Ultimò non possumus silentio prætere Scabino-

1717

rum & litorum in Germania pronunciantium in sententiis discordiam. Sic in controversia: *utrum testamentum coram solo Quæstore conditum subsistat?* Negativè respondit incluta Facultas juridica Lipsiensis teste Finckelthuis. *obs. 63.* Contra verò affirmativè Dmn. Scabini ibidem Carpz. *lib. 6. resp. 12. n. 35.* Controversiam: *Num agnati obligentur ad constituendum dotatium, si nulla viventi marito dote promissa, mulier illam post mortem ejus constituere & solvere polliceatur?* Negat Curia Lipsiensis, Affirmat. Senatus Appellationum Dresdenensis Carpz. *lib. 6. resp. 56. n. 5. & 16.* In controversia: *Utrum in bonis immobilibus succedatur secundum Statuta loci in quo sita sunt, etsi defunctus alibi suum habeat domicilium?* Affirmativam Facultas juridica Lipsiensis amplectitur, Negativam Scabini ejusdem loci, *lib. 6. resp. 40. n. 3. & 18.* In questione: *An Creditor cogi possit, ut nomen, quo tenetur debitori suo ararium Principis, die Fürstl. Cammer Verschreibung delegatum accipiat?* Affirmativam tuetur Facultas juridica Lipsiensis Negant Scabini Carpz. *lib. 5. resp. 107.* Prælationem Laudemio in concursu ereditorum concedunt Jcti Jenenses D. Richter. *in tract. d. concurs. cred. Negant Lipsienses Carpz. Jurispr. for. p. 1. c. 28. d. 53.* Possent adhuc trecenti casus referri, in quorum decisione dissident inter se Jcti Germaniæ. Ex hisce jam adductis brevitate causa constabit, qualis sit in Imperii Germanici ditionibus circa iura discordia.

CAPUT III

DE

CONCORDIA DISCORDANTIS PRÆCEDENTIÆ

SUMMARI A.

1. Zamoisicii Magni Poloniae Cancellarii de discordia sessionum & præcedentia Principum Judicium. Quid Avennatus ad ordines Imperii scripserit. Ulrici Ducis Wirtembergici estatum.

G 3

II. In

II. In tribus Collegiis Electorum, Principum & Civitatum
Imperialium discordia ob precedentiam mota. Remedium
Concordiae optimum est quod fit per Alternationem III. Discor-
dia inter Electores mota sopita sunt sanctione pragmatica. IV.
Quid inter Moguntinum & Coloniensem Quid cum Electore
Saxonico, Brandenburgico, Palatino, Trevirensi & Colonien-
si ratione Equitatis observetur. V. Discordia de precedentia
inter Moguntinum & Coloniensem pacto submota est. VI. Ab-
bas Fuldenfis in conventu Moguntinensi acrem de loco contem-
tionem inivit, ut templum sanguine humano fuerit sedatum.
VII. Inter Archi Episcopum Coloniensem & Abbatem Fulden-
sem de precedentia mota fuit discordia. VIII. Philippus Dux
Burgundia primus per Legatos suos de primo loco in Concilio
Basiliensi Electoribus controversiam movere conatus est. IX.
Carolus Philippi filius anno 1471. in comitiis Ratisbonensibus
primum locum per suos Legatos vindicare voluit. Facta est
concordia. X. Electoribus a Cardinalibus de jure proeclariis qua-
estio movetur. XI. Contentio de sessionum prerogativa inter
Archi Episcopum Magdeburgensem, Archi Episcopum Salis-
burgensem & Archiducem Austriae tempore Caroli V. subor-
ta. Magdeburgensis loco quidem cessit, sed protestatus est de
sui juris integritate. XII. Inter Domum Austriacam & Ar-
chi Episcopum Salisburgensem alternatur. XIII. Discordia
inter Bambergensem Episcopum & Herbipolensem & Mar-
chionem Brandenburgensem submota est. XIV. Inter Epi-
scopum Herbipolensem & Wormatiensem discordia de sessione
composita anno 1640. resuscitata est. XV. Discordia inter E-
piscopum Hildesensem & Abbatem Fuldensem memoratur.
XVI. Inter Abbatem Fuldensem & Archi Episcopum Magde-
burgensem discordia erat de precedentia. XVII. Discordia
est de prerogativa inter Abbatem Corbejensem & Stabulen-
sem Episcopum. XVIII. Controversia inter Domum Bavari-
cam & Palatinam per alternationis remedium sopita est. XIX.
Inter Duces Bavariae & Saxoniae controversia huc usque man-
sit indecisa. XX. Olim de precedentia Linea Vinariensis &
Altenburgensis controvertebatur. Alternabatur. Hodie ces-
sat. XXI. Inter Duces Brunsvicensis & Marchiones Bran-
denbur-

denburgenses; Bavarum & Saxonem, Brandenburgicum & Brunsvigium, Hesium & Pomeranum de Sessione controversia irreconciliata mansere. XXII. Inter Colonensem Agrippinensem & Aquigranum mota est de sessione controversia. XXIII. Discordia inter Lubecam & Wormatiam per alternationem amicè composita est. XXIV. Hamburgum Brema quondam controversiam movit; Inter Bremam & Nordhusum controversia. XXV. Inter Norimbergam & Francofurtanam ad Mœnum controversum est. XXVI. Sessionum jura per protestationes sopiuntur. Referuntur exempla.

THES. I.

Quantæ quàmque magnæ in Germaniâ de jure *negotiorum* omnino ævo fuerint motæ discordiæ, videretur omnium maximè innuere Zamoiscius Magnus Poloniæ Cancellarius, quando dicere solitus est: *Germanos in comitiis suis ferè nihil aliud agere, quàm ut de precedentia Sessionibusve disputarent.* Kirchn. l. 2. de legat. c. 5. n. 78. Sapienter etiam juxta ac graviter exinde Hiëronym. Avennatus ad ordines Imperii in comitiis Ratisbonens. congregatos a. 1594. hac de precedentiæ discordiâ scribebat:

O proceres, proceres, dum qua quis sede sedere
 Debeat, inter vos rixæ moventur & ira,
 Ne vestras sedes & ne charissima queque
 Eripiat vobis crudelis Turca, cavete
 illum, etenim semper discordia vestra potentem
 Fecit, & illius victricia reddidit arma.
 Ponite jam quæ cessatis? rogo ponite vanos
 Invidiæ morsus, odia & mala jurgia, tempus
 Inque aliud magis appositum differite querelas,
 Publica ne pereant privatos propter honores
 Commoda.

vide Dominic. Arum. *dissert. de Sessionis prerogativâ. nucl. disc. acad. p. 805.* Admirandum etiam horum numero excipiendi Ulrici ducis Wirtenbergici ad principes de sessione disceptantes dicium regale regioque nomine non indignum: *Collocare me post formationem, dummodo id efficiamus, ad quod congregati sumus v. Du. Cruf. tract. de præminent. session. præced. & universo jure negotiorum l. 1. c. 1. n. 30.*

ll. rias



II. Hæc itaque de præcedentiâ inter Principes & Status Imperii discordias, altercationes & per alternationes compositiones altius reputantes non obscure concordiam discordantiæ germaniæ etiam exinde addiscimus. Ne enim Status reipub. sisteretur, quidam inter se ita convenere, ut alternatim sessura potirentur. Sic inter Archiduces Austriæ & Archiepiscopum Salisburgensem alternatur. Sic Herbipolensis & Wormatiensis Episcopi per vices alter alteri præsidet. Ita quoque inter alios Imperii proceres observatum; Sic alternatione usi fuere in comitiis Dux Meckelburg. Marchio Badensis, Landgravius Hass. Dux Wirtembergensis & Dux Pomeraniæ. De Lubeca & Wormatia, quæ in Comitibus alternis vicibus utuntur, res expeditissima est. Idem inter se alternant Comites partis Suevicæ, & partis Wetteravorum Præpositus Elvvangensis & Abbas Murbacensis, nec non Episcopi Brixienfis & Basiliensis v. Crus. l. 1. c. 7. n. 2. 3. Rem autem totam de præcedentiis quo aptis & accommodatis locis disponamus, universon Imperii Senaturn in tria diversa collegia, Electorum scilicet, Principum & Civitatum Imperialium dividemus & discordias in singulis collegiis de jure Reges deus motas & semotas ordine subinde decenter proponemus.

III. Discordiæ, ut ad primum statim Electorale collegium faciarnus progressum, de sessione olim erant etiam inter ipsos Electores fsequentissimæ v. Dubray. Olomuzens. Episc. l. 22. Histor. Bojem. Concordiam autem deinde saluberrima & æternaturâ memoriâ digna Caroli IV. in A. B. Sanctio pragmatica erexit laudatissimam unde Mameranus in fronte descript. Investit. regal. Elect. dignitatis &c. apud Goldast. polit. Imperial. part. 6, n. 5. p. 367.

Esti principibus deberet certus haberi

Ordo, loco, quonam quisque sedere queat.

Est Electorum tamen unicus ordo sedendi

Et certus semper undique lite carens.

Non tamen ad normam cunctis bene convenit unam

Principibus reliquisque Imperii Ordinibus.

IV. Sic Concordia quoad sessionem in comitiis inter Electores semper viguit, nisi unicum illud diffidium inter Electores

res *Moguntinum* & *Coloniensem* quorum uterque dextrum Imperatoris latus sibi deberi contendebat, excipias. vid. Alb. Argent. tom. 2. p. 116. Cuspin. in vid. *Heinr. VII.* p. 363. Discordia autem fit ab hac in sedendo concordia ratione processionis & ingressus Imperatoris. Equitatus enim Electoris *Saxonia* primum de consuetudine locum semper tenuit; hunc *Palatini*, deinde *Braunburgici* Electorum, postremo vero *Moguntini*, *Trevirensis* & *Coloniensis* Archiepiscoporum equitatus secuti. En concordiam discordem! Qui in sessione erant primi, jam in processione evadunt ultimi. Secessionem quidem ab hoc ordine in ingressu Carol. V. in *Moguntini* provincia factam esse legimus, ubi huius equitatus proximus ante Imperat. ingressus. Sed extat eadem de re notabile S. R. J. Principum Electorum scriptum ad Caesarem Carolum V. anno 1530. De egressu & ingressu Principum aput Melchior. Goldast. tom. 3. *const. Imp.* p. 509. Sic concordia est quoad sessionem ratione Electorum praesentium, discordia autem ratione legatorum. Electores enim & Principes ordine posteriores praecedunt Legatos ordine priorum. Discordia autem hic iterum reperitur quoad Austriacos Burgundicos & Salsburgenses quorum Legati principibus in persona praesentibus etiam praeruntur. Sic concordia discors; Si conferamus ordinem sedendi in comitiis cum ordine sedendi in electione Romani Regis vid. D. Crus. *tr. de praecminent. session. & universo jure reges & c.* l. 4. c. 3. n. 20.

V. Controversia inter *Moguntinum* Electorem & *Coloniensem* non tam de praecedentia in sedendo quam praerogativa in coronando vel potius in unguendo Imperatore saepius fuit agitata. Concedebat tandem *Moguntinus* *Coloniensi* praecedentiam, si modo Imperator *Aquisgrani* coronaretur. At cum post *Carolus V.* plerique ut *Ferdinandus I.* *Maximilianus II.* *Matthias*, *Ferdinandus III.* & *Leopoldus Francofurti* coronarentur, hoc jus *Moguntini* *Coloniensibus* reddere dubitarunt. Sed ecce! concordiam *Ferdinandus III.* anno 1657. hanc discordiam composuit, cavique, ut, quando Imperator *Aquisgrani* coronandus, Electori *Coloniensi* praecedentia tribueretur, quando vero *Francofurti* aliave in urbe, quae ad dioecesin *Moguntinam* spectaret, Imperator esset coronandus, Electori

H

Mogun-

Moguntino prærogativa concederetur, si verò Imperator coronandus in urbe aliquâ quæ neque ad Dioecesin Moguntinam, neque ad Dioecesin Coloniensem spectaret v. g. Ratisbonæ, ubi Rudolphus II. & Ferdinandus IV. coronati tunc cautum fuit, ut Archi Episcopi illi alternis vicibus actum celebrare debeant. Attamen ea conditio in gratiam Archiepiscopi Coloniensis adjecta fuit, ut maximè opera daretur, quò Imperator Aquisgrani coronaretur. Sed maluit Leopoldus annuentibus etiam Electoribus Francofurti coronam accipere. Et ne hac occasione novum crearetur Coloniensi præjudicium, Elector Moguntinus passus est, ut Elector Coloniensis, qui actum aliquando exercere volebat, illud munus sustineret. v. D. Menck. *not. in Horn. orb. polit. l. 1. aph. VIII. de solenn. Imp.* Moguntini partes strenuè propugnavit D. Corring. *in disc. cui tit. assertio iuris Mogunt. in coronand. Reg. Germ.*

VI, Vidimus hætenus de præcedentiâ discordias in Collegio Electorali susceptas, transeamus nunc etiam ad eas, quæ Electoribus extra suum Collegium cum aliis intercessere. Hic primum nobis sese offerunt Legati Abbatis Fuldensis, qui in conventu Moguntia, quem Henricus III. ibi habere volebat, cum ministris Archi Episcopi Moguntini, tam acrem de loco inibant contentionem, ut à verbis ad verbera procedentes & jura è vaginâ derivantes templum sanguine humano fœdarint. v. Naucl. *vol. 2. generat. 36.* Hinc factum de Abbate quodam Fuldensi Ferdinandi Imp. dictum: *Apagite, apagite cum isto Cancellario. Tam plenum sanguine Monachum in Coniugis meæ Cancellaria videre nolim.* Kirchn. *In Morvill. l. 1. c. 3. n. 68. & seqq.* Et hoc, quod Imperatricis Cancellarius, ut multi æstimant, fuit in causa, ut de locis summis cum aliis concertare non erubesceret. v. Arum. *ad A. B. disc. 6. th. 38.* Bertram. *de comit. memb. 5. th. 67.*

VII, Pariter magna inter Archi-Episcopum Coloniensem & Abbatem Fuldensem de præcedentiâ fuit mota discordia. Cum enim Henricus VI. Friderici I. Filius Rex Romanorum Moguntia designaretur, ipso die processionis in sacratissima pentecostes festivitate cum in ecclesia sederet Imperator cum utriusque ordinis principibus à dextris habens Archi-Episcopum Moguntinum, & à sinistris Coloniensem, hic Abbas

Abbas Fuldenſis ſelectiſſimum ordinem turbabat tam eximium locum ſibi depoſcens ex ſiniſtro Imperat. latere, quem Coloniſis occuparat, qui Abbati cedere à natura officioque recedere ducebat. Tandem Imperator interpellatus dixit: Veteres, ut tenemur, approbamus Imperii conſuetudines, quocirca major an minor, æquo vobis discrimine eſt. Poſthæc ſurrexit Archi-Epiſcopus, quando, dicens, Sereniſſima Majeſtas, ita voluntas veſtra præbet, cedo Abbati Archi-Epiſcopus Monacho Princeps Elector, ſed bona venia veſtra cœtum hunc dimitto. Sequebantur illum Comes Palatinus Rheni Frater Imperatoris & Comes de Naſſau, dicentes: Sereniſſime Imperator, permiſſâ veniâ Dominum ſequimur exeuntem, cujus beneficia recognoſcimus. Sed ecce concordiam à parte Abbatis certe diſcordem. Imperator enim Henricus dicebat: quod ſi et Caſarem & Regem manere me vultis, ecce! pareo, reponantur noſtræ ſedes ut fuere: ſi noſtram Abbas turbaverit, aſcendat in coelum, ponat ſuam in Aquilonem & ſimilis fiat altiſſimo. Crantz. l. 6. c. 46. in Saxon. Limn. Tom. 1. l. 1. c. 11. §. 87.

IX. Diſcordiam Philippus Dux Burgundie primus per Legatos ſuos de primo loco in concilio Baſilienſi Electoribus movere conatus fuit, quem etiam Patrum decreto teſte Chaffaneo p. 5. conſ. 145. in catat. glor. mund. tunc temporis obtinuit. In Concilio autem Tridentino poſt Legatos pontificios præcipuum dignitatis locum obtinuerunt inquit Thuan. l. 5. hiſt. & Tridentinorum patrum juſtior haut dubiè decifio fuit, quia in honorum ordine collocando non tam perſonæ atque familiæ ipſius, quàm officii & dignitatis ſeu adminiſtrationis, quam quiſque gerit, ratio habenda eſt vid. Modeſtin. Piſtor. conſil. 51. n. 41. vol. 1. Rejicienda hinc opinio Nattæ, aliorumque qui i- deo præcedentiam tribuunt quo quis dignior vid. Dominic. Arum. diſſert. de ſeſſion. prærogat. fol. 4. 5.

IX. Carolus Philippi filius, ut Paternarum ditionum ita & ſuperbiæ non ignavus hæres, Baſilienſis decreti non immemor in comitiis Ratiſbonenſibus anno 1471. primum quoque locum Electoribus per ſuos legatos ſibi vindicare voluit, cum enim hi poſt Legatos Electorum collocati atque ita deſpecti priore conſeſſu viderentur, redire in ſubſellia recuſarunt.

H 2

Electo-

Electores absentibus collegis, qui aderant, quanquam summā cum modestiā dignitatem communem tuebantur. Burgundi potentiam sui principis & in Germaniis ac Gallis maximam, sexies enim Dux, quindecies Comes erat; Electores parem nobilitatem & vetustum morem objiciebant, seque ē corpore Cæsaris cum essent, ne regibus quidem si adessent, cedere oportere monebant. Quæ contentio cum tres prope horas consumsisset, tandem per hanc concordiam fuit sublata, ut Burgundi alternis subsellis ad frontem Cæsaris inter oratores Regios locarentur. Tunc enim & ipsi auxisse principis sui dignitatem, quod in ordine absentium Regum sederent, & Electores existimationem suam servasse putabant, quod exclusi à primis subsellis Burgundi essent teste Camp. tom. 2. script. Germ. Freher.

X. Discordia de jure *προεδρίας* Electoribus etiam movetur à Cardinalibus, quorum utrinque summa videtur esse æqualitas. Æqualiter enim, primo intuitu ut viderur, utrique ordini tribuntur (1) ut maxima eorum potestas & eminentia eluceat ex electione hinc Imperatoris, inde Papæ (2) ut suum Electum hi pariter atque illi coronent (3) ut regibus æquiparentur utrique (4) ut crimen Majestatis committatur in utrosque (5) ut sint membra proximiora, hi Imperatoris, illi Papæ (6) ut convenire possint inter se, hi insalutato Imperatore, illi Papa (7) ut ornentur titulis splendidissimis (8) ut illi possint eligere Regem Romanum etiam vivente Imperat. hi curatorem Papæ viventis (9) ut non facile sit Electorem aut Cardinalem deponere (10) ut tam Electores ecclesiastici, quàm Cardinales Imperatorum Regumque cognati vocentur. (11) Ut Electoribus & Cardinalibus potentissimi Principes loco cesserint (12) ut comparentur præfatis prætorio. Sed declaratis parallelis facile evincitur, quod Electoribus debeat præcedentia, vid. Joh. Freinshem. d. S. R. J. Elect. & S. Rom. Eccl. Cardinal. præced. Diatrib. V. Absoluto sic collegio Electorali inque illo præcipuis discordiis de præcedentia ut & concordiis breviter degustatis ad alterum nunc accedimus Collegium, in quo Principes tum ecclesiasticos tum seculares, non quomodo se invicem continuo ordine excipiant, sed ipsorum altercationes, alternationes & protestationes paucis spectabimus,

XI. Con-



XI. Contentio de sessionis prerogativa inter Archi-Episcopum Magdeburgensem, Archi-Episcopum Salisburgensem & Archi-Ducem Austriae tempore Caroli V. suborta. Magdeburgensi vero sessionis loco inter Ecclesiasticos denegato protestando placuit juris sui integritatem conservare Limn. tom. 3. jur. pub. l. 9. c. 3. n. 142.

XII. Controversia sessionis inter Domum Austriacam & Archi-Episcopum Salisburgensem lovebatur, quae tamen in concordiam quandam Carolo V. Imperante redigebatur, ita ut in Senatu Imperii Principum in sedendo & votando alternarent, usque ad plenariam causae decisionem v. Nicol. Mameran in tr. de invest. regal. Elect. dignit. & Auctor des ausführlichen Berichts / wie es auf Reichs-Tagen pfleget gehalten zu werden c. 7. Lehman. l. 7. Chron. Spir. c. 12. n. 6. in fin. Limn. tom. 4. jur. pub. in addit. ad l. 4. c. 9.

XIII. Episcopus Bambergensis, qui nullum agnoscit Metropolitanum Wolff. cent. 16. lett. memorab. sub. a. 1550. p. 565 nec ad redemptionem pallii tenetur Sleid. l. 3. comm. p. 349. cum in circulo Franconico jus convocandi Status sibi competere assermaret, maxima oriebatur discordia. Contradicebant enim tunc inter Ecclesiasticos Herbipolensis Episcopus, inter Seculares autem Marchio Brandenburgensis, & ab utraque parte protestationes & reprotestationes ut loquuntur, interponebantur, sed ecce! concordiam, quae in Comitibus Augustanis a. 1559. 11. Aug. ita fuit facta, ut futuris temporibus uterque Episcopus scilicet & Marchio Brandenburgensis indivisum & conjunctam operam hoc convocandi munus exercerent vid. Limn. tom. 4. jur. pub. in addit. id lib. 9. c. 1.

XIV. Discordia de sessione inter Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem diu pertractata tandem ita est composita, ut in Senatu principum Episcopus Herbipolensis & Episcopus Wormatiensis, excepto primo & ultimo die, in quo Herbipolensis Wormatiensi praesidere solet, per vices alter alteri praesidere debeant Mameran. in tr. de invest. reg. 9. Goldast. in senior. l. 1. c. 31. sed ecce! concordiam discordem siquidem, denuo eadem sessionis controversia in comitiis Imp. a. 1640. Ubi Episcopus Wormatiensis

tiensis contradixit *Episcopo Herbipolensi* sicut agitata. Rationes ab utraque parte adductas vide ap. D. Cruf. *civ. r. l. 2. cap. 3. n. 4. 5. 6.*

XV. De famosâ illa Sessionis & præcedentiæ controversia tempore Heinrichi IV. inter Episcopum *Hildesheimensem* & *Abbatem Fuldensem* Lambertus Schafnaburgensis Monachus in *annual. p. 467.* hunc in modum disserit: A. 1063. Rex natalem Domini Goslarie celebravit, ubi ipsa die dum ad vesperam sella Episcoporum locarentur, inter Camerarios Hececlonis Hildesheimensis Episcopi & Camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis, gravis concertatio oborta est. Et primo jurgiis, deinde pugnis res gesta est: citoque ad gladios prorupissent, nisi Ottonis Ducis Bojariorum, qui causam Abbatis tuebatur, autoritas intercessisset. Causa vero talis erat: Consuetudo erat in regno per multas retro majores observata, ut semper in conventu Episcoporum, Abbas Fuldensis Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Sed Episcopus causabatur nemini sibi intra diocesin suam post Archiepiscopum debere præferri: animatus ad hoc optum gloria, qua antecessores suos longè supergrediebatur, & temporis opportunitate. Huc ille. Verum si rem penitus examinamus Episcopo Hildesheimensi Abbas Fuldensis utique erat præferendus, cujus causa etiam potior videbatur tum in possessorio tum in petitorio, vid. D. Cruf. *civ. r. 2. l. 2. c. 15 n. 3. 4. 5.*

XVI. Nota etiam est discordia illa de præcedentiâ inter *Abbatem Fuldensem* & *Archiepiscopum Magdeburgensem* cum Lotharius Imperator Ludovici Pii filius ab Innocentio Pontifice coronari deberet. Adjudicabatur etiam tunc, temporis præcedentiâ Abbati Fuldensi nulli Episcopo aut Archiepiscopo sed immediate Pontifici Romano subiecto, D. Menck. in *colleg. super Horn. l. 2. de abbatias.*

XVII. Contentio de prærogativa inter *Abbatem Corbejensem* cujus magna in Germaniâ auctoritas & *Abbatem Stabulensem* a. 1640. fovebatur. Corbejensis autem Abbas ut in actis comitorum d. a. 1640. videre est, ratione sessionis protestationem & contradictionem contra Stabulensem interposuit, quo ipso debitam sessionem & jura sua procul dubio hæcenus illæsa servavit, cum receptum per solam protestationem sessionem sibi debi-



debitam conservari posse *N. A. zu Worms* de a. 521. §. doch
hat unser *H. Ruland. p. 1 de commiss. l. 6. c. 11. n. 22.* Argumen-
ta pro Abbate Corbejensi adducta vid. apud *D. Crus. cit. tr. l. 2. c.*
18. n. 7. Hactenus de Ecclesiasticis; Nunc ad Seculares.

XIIX. Discordia de sessione maxima oriebatur inter do-
mum *Bavaricam* & domum *Palatinam*, qua in controversia al-
ternationis remedium salutare visum fuit Ludovico IV. Imper-
atori Augusto, & ipsi Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavarix,
qui prerogativam suffragiorum interlocutorie partitus est in
hunc modum, ut primum votum in Electione Romanorum Regis
&c. haberent Duces à Rudolpho Primogenito descen-
dentes, alterum verò Duces ab Imperatore Ludovico se-
cundo genito descendentes, alternatim & ordine mutuitante,
ut patet ex decreto dato Ticini in Italia A. D. M. cccxxviii. cujus
meminit Andreas presbyter Ratisbonens in *Chron. Bavar. p. 28.*

XIX. Controversia præcedentiæ inter *Duces Bavarix & Saxo-*
niæ hucusque mansit indecisa, ac proinde singulis in comitiis
imperii ut & in novissimis protestationes & reprotestationes
sint auditæ *Limn. d. jur. pub. l. 5. c. 1. q. in add. p. 924.* Sprengerus
in *Luc. Imp. p. 28.* De discordia illa ratione præcedentiæ inter do-
mum *Bavaricam & Austriacam* vid. *Just. Justinopolit. in confid.*
36.

XX. Vaide de præminentia ac præcedentiæ, *Linea Vinari-*
ensis & Altenburgensis sapius inter se concertarunt. Utraque
suos habuit patronos & magnos & sapientes viros s. Cæs. Mai.
Consiliarios aulicos; illa Vinariensis nempe patronum habuit
Matthæum VVackerum à VVackenfels in Jungferdorff. Hæc
verò Altenburgensis Johannem Rudolphum Hegenmul-
lerum Alternabatur inter Duces. Hodie post mortem Ducis Frî-
derici V Vilhelmi cessat vid. *D. Crus. l. 4. c. 9.*

XXI. Devenimus nunc ad controversiam illam sessionis
quæ Ducibus *Brunsvicensibus*, qui ut plurimum post Duces Bava-
rix, Palatinos & Saxonix proximum locum occupant, cum *Mar-*
chionibus Brandenburgensibus intercessit. Et licet sapius tenta
compositio, semper tamen mansit discordia discors, ut vide-
re est ex *Goldast tom. 3. constit. imp. p. 509.* ubi de reliquorum
prin-

principum ordine acturi habita deliberatione, diligenter perpendimus inter præcipuos Imperii principes, utpote inter *Bavarum & Saxonem, Brandenburgensem & Brunsvigium Hesselum & Pomeranum*, de sessione processione & Statione multos nunc annos variè disceptatum esse, nec in hoc usque tempus licet sapè tentata sit, conciliationem ullam fieri potuisse. Contentiones istæ adeo exarsisse videntur, ut licet omnes illi principes presentes essent, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio nostra infrugifera & irrita esset futura.

XXII. Accedimus nunc ad tertium Collegium, Civitates nempe imperiales, ubi paucissimis modo horum inter se de sessione dissensiones delineabimus. Præcedentiam autem inter alias controversias sibi arrogat discordia illa de sessione inter civitates imperiales *Coloniam Agrippinensem & Aquisgranum in Comitis Vormatiensibus a. 1495.* mota vid. *Lehm. in Chron. der freien Reichsstadt Speier. l. 4. c. 5. Cruf. cit. tr. l. 4. s. 23. n. 1.*

XXIII. Discordia sessionis inter *Lubecam & Wormatiam* per alternationem amicè est composita vid. *Limn. tom. 2. jur. pub. l. 4. c. 9. n. 98. Goldastus de majoratu l. 1. c. ult. §. 13.*

XXIV. *Hamburgum* ratione loci honoratoris *Bremæ* quondam controversiam movit, sed concordia demum factâ civitati *Bremensi* sua permanebat prærogativa vid. *Cruf. l. 4. c. 17. n. 10.* Movebatur etiam huic civitati in comitiis d. a. 1654. controversia sessionis à civitate *Nordhusæ* aliisque, Interpositum autem a Cæsare decretum prædictæ civitati *Nordhusæ* aliisque *Bremensi* præcedentiam tribuebat; Nondum tamen desinit in comitiis protestari *Nordhusæ*.

XXV. Nobilem etiam discordiam inter civitates Imperiales *Norimbergensem & Frankofurtensem* in electione Maximilian. Imperat. anno 1486. tractatam nobis exhibet *Marquardus Freherus tom. 3. Germanic. rer. scrip. circiter. p. 34.* Verba ita se habent: In sinistro latere Dominus Archi-Episcopus *Moguntinensis* primo loco in propriâ mensâ cum sua credentia sedebat. In Secundo loco *Ernestus Dux Saxonie* princeps Elector solus etiam sedebat in sua mensâ. Post hos pro *Marchione de Bran*

Brandenburg erat mensa parata, quæ erat vacua propter absentiam suam, deinde Albertus Dux Saxonix, Dux Clevenfis, Casparus Dux Bavarix, Dux Juliacensis & quidam orator comitis de Wirtemberg sedebat. Quinto loco consules civitatis Francofurtensis. Sexto loco Consules civitatis Norimbergenfis. Hic discordia facta est. Norimbergenfes Marschallum Regis accesserunt, cur Francofurtenses super eos locum haberent, qui respondit, sic fore ordinatum in suo registro. Sed non contenti Regem accesserunt, qui pie respondit: Quoniam in Francofurtia electi sumus in Regem, idè modo locum eorum sic habere debent: alio tempore de sessionibus & locis cogitemus.

XXVI. Vidimus sic plerasque easque præcipuas in tribus collegiis motas & susceptas de jure *negotias* discordias. Quoniam verò sæpius Protestationum mentionem fecimus, volumus eas, quoniam plurimum ad naturam concordix discordantis faciunt, meliori ordine paucis saltem includere ac proponere. Et quidem sessionum jura conservantur per factas *protestationes* & *reprotestationes*, quales imprimis ex actis comitiorum Ratisbonensium apparent d. a. 1640. & 41. in quibus ratione sessionis & præcedentiæ protestationes factæ à Ducibus Saxonix contra Ducem Bavarix. A Ducibus Saxonix Vinariensibus contra Altenburgenses; Ab Episcopo Wormatiensi contra Episcopum Herbipolensem. Corbejenfis Abbas ratione præcedentiæ protestatus est & contradixit Stabulensi, Bambergensis sibi debere præcedentiæ ante Magistrum Ordinis Teutonici contendit; Comites Wetteravienses Comitibus Syevicis contradixerunt. Recentiora exempla nunc tangamus: In comitiis anno 1654. Legati Electoris Brandenburgensis protestabantur contra Electorem Palatinum. Anno 1663. Ratisbonæ legati civitatis Bremensis reprotestatione contradicebant Legato potentissimi suecix Regis v. Cruf. l. 1. c. 6. n. 14. ut. c. 9. n. 46. Coronidis loco illud, quod de modo protestandi ex erudito D. Præsidis discursu notavi & hic adnoto: Hic enim cum interfuisset circulari illi conventui a. 1673. Lipsiæ celebrato, peculiarem modum protestandi per formulam *toties quoties*, imprimis ubi in votis sæpius repetendæ essent protestationes, observavit.

CAPUT IV.
DE
CONCORDIA
DISCORDANTIS MONETÆ.

SUMMARIÆ.

Th. I. Optanda est moneta concordia; Quid interfit Republicæ eam esse. II. Valor Solidi variat. III. Floreni varii sunt. IV. Marca est vel Argenti vel Auri. V. Ducatorum valor multiplex est VI. Qualis valor sit Thalerorum. VII. Refertur, quid anno 1667. a. Statibus circularibus C. S. S. circa monetarum discordiam sit relatum. VIII. De mediis restituenda moneta.

TH. I.

Signatè admodum de unanimi monetarum concordia D. Præses in suo tr. de conventibus circularum cap. 8. n. 35, 36. Sic loquitur: Optandum sanè ut leges numarie in Imperio nostro certæ essent & una moneta. Namq; diversitas illa multa incommoda secum affert. Et prudenter in circulis ageretur, si non omnes certi tamen, utpote vel tres vel quatuor vicini equalem invicem monetam semper eligerent. Aliàs damnum emergens non tam mercatorum libidini, quàm confusione quorundam hoc jure utentium erit adscribendum. Dolendum sanè tot tantasque semper obtinuisse & adhuc obtinere monetarum discordias, mutationes & pejorationes Germaniam nostram divitiis, quibus quondam abundabat, maximam in partem spoliantes. Recte enim Limn. jur. pub. l. 3. c. 6. n. 66. Nulla prorsus clades, nulla pestilentia, nec mortalitas, nec hostes totam terram rapinis incendiisq; vastantes magis nocent quàm frequens mutatio & pejoratio nummi. Summis proinde efferendus est laudibus Theodoricus Gothorum Rex ita dicens: Moneta debet integritas quar, ubi & vultus noster imprimetur. Qui inam erit tutum si nostræ peccetur effigie? Sit mundum quod ad nostræ serenitatis formam adducitur. Claritas regia nihil admittit imperfectum. Nam si cuiuslibet vultus sincero colore depingitur, multò justius metallorum puritate principalis gratia custoditur, teste Cujac. observ. 25. circ. fin. ex Cas. si od.

si od. referente Hoc quidem est in promptu Imperatores de concordia proba monetæ conformanda & conformata studiosè conservanda dudum in comitiis deliberasse. Sic Maximil. I. in R. N. zu Augspurg d. a. 1500. tit. 21. §. ferner versic. darauf dann wir it. R. N. zu Trier d. a. 1512. §. Nachdem auch 19. versic. ist hier für nütze und nothdürftig angesehen. Sic Carol. V. in R. N. zu Regenspurg. d. a. 1541. §. und wiewohl. Sic Ferdinand. I. in R. N. zu Speier d. a. 1542. §. nach dem 130. it. in R. N. zu Nürnberg d. a. 1543. §. wiewohl. it. in Münz edict. d. a. 1559. §. Nemlich. Sic Maximil. II. in R. N. zu Speier d. a. 1570. neben angehöreten artic. 120. Sic etiam unanimis monetarum concordia placuit ipsi Statibus in dem Münzbedencken des Nieder Sächsischen Keyyses §. und nachdem die kundbare Erfahrung bezeugt das in Münzwesen die Unrichtigkeit gar nicht vorzukommen, wo nicht eine durchgehende Gleichheit und Vereinigung zum wenigsten in obgedachten drey correspondirenden Craysen gehalten. Verum eventus huius concilii ac decretis nondum respondit, quin potius Germaniam nostram, ut cum Leone in Nov. 52. loquamur majori ferme morbo ac tæbe jam laborantem conspiciamus, Quo autem veritas ubi forsan delitescit. magis pateat, volumus speciatim monetarum tam ratione bonitatis intrinsecæ quàm extrinsecæ discordias deinde quantum fieri poterit recensere.

II. In latò monetarum campò primum nunc accedimus ad *Solidum*, cujus varias species in Germania nostra deprehendimus, quoad nomen quidem concordantes ratione æstimationis verò longè discordantes. Sic valor solidi legalis sive aurei respondet floreno Ungarico sive Ducato non verò aureo vulgari einem Rheinischen Gulden v. Petr. Osterman. *volum. 2. disp. publ. 21. th. 54.* D. Carpzov. *p. 2. pract. criminal. q. 78 n. 23.* D. Bruneman. *comment. ad l. 34. C. d. donationib.* Ab hoc autem solidi legalis valore longè iterum differt discordis solidi Saxonici æstimatione, qui ordinariè pro duodecim nummis antiquis vel pro sedecim novis accipi solet v. Matth. Berlich. *p. 1. decis. 121. n. 8.* Ab hoc autem solido Saxonico denuo per discordiam quasi segregat se der Reichs Schilling, i. e. certa quædam sed non levis

pecuniæ summa, ad quam solvendam liberæ Imperii civitates
ferè singulæ olim Imperatori quotannis in subjectionis imme-
diatæ recognitionem solvere fuerunt obligatæ, quæ appellabatur
der Städte Reichs Steuer; Hujus summe hodiernæ decre-
mentorum causas vid. apud Job. Limn. ad Capit. Carol. V. art. 23.
Hodie enim vix XII. millia florenorum superesse creduntur. De
solidi hujus variis iterum speciebus v. D. Alemann. palaestr. Con-
sult. Saxon. p. 578.

III. Dum discordiam Florenorum evolvendam suscipimus,
primum nobis sese exhibent *Magdeburgenses & Lubecenses*. Florenus
autem Magdeburgensis ein Gûlden Magdeburgischer
Wehrung æstimatus quondam fuit solidis viginti & uno 21.
Schilling. Hodie vero æstimatur octodecim grossis Mitnien-
sibus vel viginti quatuor solidis Lubecensibus. Concordia est
quoad valorem cum floreno Lubecensi secundum Joachim
Schepliz ad Statuta und Gewohnheiten der Stadt Brandenburg
p. 4. tit. 2. §. 6. ubi: In alten Beschreibung werden die Gûl-
den vor Fürsten Münz, welche vormahls nach Magdeburg ihre
Wehrung auf 21. Schilling gesetzt / teils 24. Schillinge oder 18.
Silber Groschen gut Geld machen / unterschieden / und seynd zu
verstehen auf 18. Silber Groschen / also das 4. Gûlden auf 3.
Thaler gehen. Discordiam autem florenorum maximè per-
spicimus exinde, dum aliter de iis in contractibus aliter in obli-
gationibus & instrumentis aliter in criminalibus pro cuiusque
loci conditione in Germania est judicandum. Sic si in contra-
ctu florenorum simpliciter mentio fiat; sic si est extra forum Ele-
ctorale, intelligendum est de florenis usualibus von gangbaren
Gûlden; & sic etiam judicavit Camera Imperialis in causa ap-
pellationis Philippi Comitis de Hanau contra Jacobum Comi-
tem de Zweybrück a. 1551. v. Mynsing. centur. 4. observ. 15 Sed ecce!
discalibus per text. in Münz Edict, Christiani II. Electoris Saxon.
sub dat. Dresden den 1 April. a. 1610. Sic si in criminalibus agi-
tur de florenis v. g. wann sich der Diebstahl auf fünf Gûlden
belaufft qualis tunc florenus sit intelligendus denuò discordia.
Cum autem hic semper benignior debeat fieri interpretatio non de

de aereo, quo ex generali populorum consuetudine utimur, sed de aereo ungarico von einem Ungarischen Guld zu 48. gute Groschen/erit intelligendum. Qui ergo quinque solidos sive aureos Ungaricos fuerit furatus, suspendii poena afficietur. D. Carpov. p. 2. pract. Criminal, q. 78. num. 23. & p. 2. JP. forens. constit. 12. defin. 12. n. 7.

IV. Florenum excipit *Marca* quæ hodie est vel *Argenti* vel *Auri*, illa valet aureis quinque fünf Goldgülden v. *Regner. Sixtin. de regal. l. 2. n. 35.* hæc vero eine *Mark* lörtiges oder feines Goldes 72. aureis Rhenan. seu 67. ducatis ungaricis constat v. Joh. Köppen *decis. 5.* qui affirmat, quod hanc computationem Aula & Camera Imperialis in pœnis irrogandis adhibeant. Magna sane Marcarum discordia, aliæ enim sunt Hamburgensis & Lubecensis, quarum usus Hamburgi & Lubecæ frequentissimus; aliæ sunt Magdeburgens. & Brandenburgens. quarum illa taxatur ex iudicio Scabinorum Brandenbg. d. a. 1542. ad requisit. Ludv. vig. Alemans civis Magdeburg. ad 14. Loth/ihut vier Gûlden wrenter ein Ort am Golde Rheinisch: hæc vero habetur vulgo florenus Imperii ein ReichsGûlden ist 21. Silber oder gute Groschen. De his plenius vid. D. Joh. Köppen. *dec. quest illustr. 26. n. 1.* Florenis subjungimus *sexagenas*, & inter has præcipuas *Misnics* die Meisnische Schock / quarum altera est antiqua & constat viginti grossis misnics, altera est nova ein neu Silber Schock & æstimatur viginti grossis Misnics gute Groschen/die Groschen zu 12. Pfening gerechnet. Si in instrumento obligationis dicatur ein Schock in terris Saxonis discordia est, an intelligantur novæ, an vero antiquæ vid. Joh. Köpp *decis. quest. ill. 26. n. 2.* D. Krull. *in tr. de regal. monet. jur. c. 5. num. 55. seq.*

V. Accedimus nunc ad *Ducatos*, de quorum valore constat semper fuisse varium ac multiplicem. Etenim circa an. 1590. commutabatur 38 grossis misnics, a. 1602. quadraginta sex, ex quo deinde fiebat, ut certa imponeretur æstimatio. vid. D. Krull. *cit. tr. c. 5. n. 64.* Unus ducatus habet 23. Karat & 8 gran. 67. Ducati habent 1. Marc. ein Ducat ist geschlagen auf 36. Gr. oder 1/2 Tablr. vid. D. Præf. *cit. tr. de convent. circularum, c. 8. num. 20.*

Hic mentio etiam facienda der Portugaleser und Rosenobel. De illis Besold. in thesaur. pract. in verb. Portugaleser p. 139. ubi: Die alten Emanuel Portugaleser / mit dem doppelten Creutz halten an feinem Golde 23 Karath / eilff Grän / gehen auf die Marck ohn gefahr sechs und drey Vierthel Stück / und ist derer jedes Stück teko würdig ein und zwanzig aber nicht harte Thaler / das ist 10 Ducaten. De his vero Tileman. Fries im Münz Spiegel l. 4. c. 30. ubi: Die alten Rosenobel halten in feinem Golde 23. Karath / zehn und ein zweytel Grän / gehn in die Cölnische Marck dreißig Stück / haben nach der NiederSächsischen Craiffes lethern Valvation 75. Bagen / thut 5. Gilden oder 4. Thaler 4 Groschen 4. Pfening Meißnischer / und 5. Gilden 12. Schilling 9. Pfening Lübeckischer und Magdeburgischer Währung. Antequam autem aurum quod Soli adsimilatur, dimittimus, prius quædam circa illud notatu non indigna nobis veniunt adhuc altius reputanda; Constat autem quod aurum dividatur in 24. pretiositatis gradus, qui characteres Germ. Carath appellantur v. Christ. Besold. thesaur. pract. v. Carath. Verum cum hodie aurum Ungaricum, quod cæteris pretiosius existimatur 23. characteres non transcendat v. Pirckheym. tr. de pris. num. estimat. p. 44. concluditur, nullum jam aurum reperiri, quod ad 24. characteres decoqui possit. v. Carol. Molin. tr. d. usur. q. 100. n. 778. Deinde circa monetas aureas probe observandum, quod inuocatis singulis pars 72. sit aliena & ex metallo heterogeneo constet, ita ut, qui habet ducatos 72. ex coquendo eos ad puritatem summam, is in auro purissimo obryzato retineat pondus saltem 71. Ducatorum. v. Christ. Besold. in thes. pract. verb. Ducaten oder Ungarische Gilden. Tandem rationis non ubivis obvia D. Georg. Lindenspur ad ordimat. Wärrerb. num. 8. § 9. p. 197. cur auri copia quotidie imminuatur, apponi merentur: Man denke nun in specie die grosse Menge der Gold-Schmiede oder SilberArbeiter / die in allen Städten und Herrschafften des Römischen Reichs seynd. Dann man findet offit in einer Stadt 10 / 20 / 30 / 40 / &c. derselben. Nun seynd der Städte und Orte viel hundert / ja etliche 1000 also / daß es auch eine grosse Anzahl von viel 1000. Gold-Schmieden haben muß. Der Uhrmacher

macher findet man auch eine gute Anzahl/ die eben auf solche Art
ihre Arbeit verquickn und vergülden; und da zwar wohl bewußt/
daß diese nicht stetig und alles vergülden/ so rechne ich doch den
dritten Theil ihrer Arbeit/ daß sie vergüldet werde. Man be-
sehe auch zum Ueberfluß die fürnehmsten Messen/ als zu Franck-
fürth/ Leipzig/ Straßburg ꝛc und bedencke was nur von vergül-
deter Arbeit/ in denen beyden Städten/ Nürnberg und Aug-
spurg gemacht/ hin und wieder verführet und verhandelt wird.
Et iterum: Gleiche Beschaffenheit hat es mit der vergüldeten
Arbeit die allbereit gemacht/ und daran das allerbeste Gold
unnützlich verwendet werde. Ich rechne die fürnehmsten Häupter
Stände und Städte des Heil. Römischen Reichs/ und was
ohngefähr bey denselben vorhanden sey/ und still liegen möchte/
und dasselbe nach Anleitung der Reichs- Abschiede. Also und
widerst findet sich die Römische Keyserliche Majestät darnach
die Sieben Churfürsten/ ferner Geistliche Fürsten 36. weltliche
Fürsten 35. Geistliche Pra-laten und Lepitiscin 29. Grafen und Hn.
des Reichs 87. Reichs- Städte groß und klein/ darunter der
grossen 10. aber zusammen 55. Der Ritter- Stand und Adel et-
liche 1000. viel 1000 andere kleine Städtlein/ Flecken und Dörf-
fer/ darinn bey den reichen Bürgern und Bauern/ dergleichen
vergüld Silber/ an Dupleten/ Bechern/ Kannen/ Becken/ Scha-
len/ Blatten/ Tellern/ Löffeln/ Beschläg/ Spangen/ Gürteln/
Messerscheiden/ ꝛc. still liegt und ruhet. Wie viel ich nun jeden
Stand an vergülden Silber zurechne/ trag ich Bedencken/ in
specie zu setzen; Nachdem ich aber alles/ so viel ich nachsinnen
können/ überschlagen/ finde ich auf 1300000. Marck vergüld
Silber/ und rechne auf iede Marck zween Gulden 2. Ducaten/
das thut 6. und zwanzig mahl hundert tausend ein tausend zwey
hundert Ducaten; ieden Ducaten gerechner zu 3. Gulden thut
acht und siebenzig mahl hundert tausend/ drey tausend sechs hun-
dert Gulden/ das ist 78 Tonnen Goldes und 3600. Gulden/ so
wie gemeldet/ allein an den vergüldeten Silber- Geschirre kle-
bet. Nun will ich gerne bekennen/ daß diese Rechnung so gar
zu nicht sey. woll doch demonstrieren/ daß ich allhier nicht zu viel
gerechnet.

VI. A Ducatis non malè progredimur ad *Thaleros*, quorum valorem, cusionem & emissionem *vid. in N. A. zu Augspurg. d. a. 1566. §.* denn haben wir uns mit ihnen *vi. cum duobus seqq. lib.* Gesehen daß der ganze Thaler/deren ein Stück sechzig acht Kreuzer gelten / sollen auf die Cöllnische Marck gehen acht Stück und fein halten 14. Loth und vier Gran / wird die feine Marck ausgebracht um 10 Gulden und zwölff Kreuzer. Thalerus itaque vulgo acceptus commutatur grossis misnisis 24. Solidis Lubecensibus & Lunenburgensibus simplicibus triginta duobus, duplis sedecim; Rostochiensibus vero & Sundensibus sexaginta quatuor. Sed quid de Imperiali? Hic taxatur grossis misnensibus 28. Solidis Lubecensibus 37. nummis tribus, *vid. D. Krull. c. 11. c. 5. n. 68.* De nobili illa thalorum specie Hispanicorum nempe *vid. D. Aleman. palestr. consult. saxon. part. 32.* Ubi inquit: Der Könige Philips Thaler oder Prinzen Dicke Thaler gehen in die Cöllnische Marck sieben Stück und halten 13. Loth/ fünf Gran: ist nach iekiger/ des Niedersächs. Craises valuation würdig 23. Baken thuet anderthalb Gulden/ 2. Kreuzer Bohemischer 23. Baken/seynd 41 albus, 4. Pf. Ober Rheinischer. 30. Groschen 8. Pf. thut 1. Gulden/ 9. Gr. 8. Pf. oder 1. Thaler. 6. gl. 8. Pf. Weisnischer: und 1. Gulden 16. Schilling/ 11. Pfennig Lübeck und Magdeburgischer Wehrung. Quid tunc dicendum, si in instrumentis thalorum simpliciter vel cum aliqua adjectione mentio fiat, *vid. Dn. Krull. t. 6. c. 5. n. 72. Matth. Berlich. p. 2. conclus. 37. n. 21. &c.* Thaleris subjungimus coronatos qui secundum Holt. *d. re numm. l. 2. c. 7. n. 10. &c. 8. n. 9.* triginta grossis misnisis constant, De illa Coronatorum specie quæ vocatur Silber Krone *v. Runer. Budel. Ruremund. d. re numm. l. 1. c. 18. n. 15. ibi:* Eine Silber Krone ist durch des Niedersächsischen Craises letzte valuation/ gesetzt zu 24. Baken/ thuet anderthalben Gulden / sechs Kreuzer Bohemischer vier und zwanzig Baken oder 43. albus Ober Rheinischer 32. Groschen thut 1. Gulden 11. Groschen oder 1. Thaler. 8. Groschen Weisnischer / und ein Gulden 18. Schilling/ und einen halben/ Lübeck und Magdeburgischer Wehrung. Sequuntur Crucigeri, quorum quatuor faciunt Batzium usualem Mynsing. *centur. 1. obseru. Cam.*



Cam. 65. p. 52. & centur. obseru. 83. n. 1. Dehinc Batzones sequuntur quorum 15. constituunt florenum, usumq; maximum habent in superiori Germania, uti Franconia, Bavaria, Tractu Rheni, Svevia & Helvetia aliisque in locis. De Grossis vid. Aleman. cit. tr. part. 43. de Phennings v. Tileman. Friese in Münz-Spiegel I. 2. c. 3. 10. & 13. de Obulis von Hellern. v. Matth. Cleist. de genti. in. mat. & num essentia sub n. 57. D. Christ. Philipp. Richter. decis. part. 1. decis. 34. n. 8.

VII. Nummos in Imperio non uniformiter cudi (quo iure fiat alii id iudicent) præter experientiam testatur relatio illa anno 1667. Statibus circularibus S. S. oblata à C. F. cuius verba cum discordiam istam exponant, merentur apponi: Wegen der Münz Städte von mir als bestalten General Wardin, wie solche anho hin und wieder zubefunden dieses 1667. Jahres / nach Erheisch- und Erforderung des von denen hochlöbl. Creyse mir anvertrauten General Münz Wardin Amts- und deswegen ausgehändigten Bestallung, hätte ich zwar vor angehenden Münz probation Tage dieses hochlöbl. Creyses Münz Städte visitir n sollen / indem aber dieser extraordinar probation Tag unvermüchet angesehen / so ist solches mir wegen Enge des angesehen termins unmöglich gewesen / nichts desto weniger aber folget hierbey eine Wahre relation, wie deren Zustand sich vorho befundet / wer münket / wo gemünket wird / deß gleichen wie ich solche Gelder am Schrot und Korn befunden.

